

1100k
CAL 69

GE-F 89

DGCL
A

NY G-E

t-143955

CB 1181379

R-109382

ACTA CAPITVLI GENERALIS VALLISOLETI,

IN CONVENTV SANCTI PAVLI
Ordinis Prædicatorum celebrati.

IN FESTO SANTISSIMÆ
Pentecostes, Anno Domini M D C V.

Sub Reuerendissimo P. F. Hieronymo Xauierre Cæsarau gustano,
sacræ Theologiæ professore, Magistro Generali
totius Ordinis Prædicatorum.




R O M AE,
Apud Carolum Vullietum. M D C V.

SUPERIORVM PERMISSV.

S

vata viva in levis nigraq; tinctura signe p



Definientibus Communiter R.R.A.

PP. Prouincialibus, & Defini-
toribus, videlicet:

Fr. Petro de Contreras Magistro, Prouinciali Hispaniæ.

Fr. Ludouico de Castes Magistro, Prouinciali Tolosanæ.

Fr. Simone Bauza Maioricensi Magistro, Prouinciali Terræ Sanctæ.

Fr. Bernardo Sarrià Magistro, Prouinciali Aragoniæ.

Fr. Michael Capello Ianuensi Lectore, Prouinciali Bohemiæ.

Fr. Emanuele Coello Magistro, Prouinciali Portugalliaæ.

Fr. Illefonso Romero Magistro, Prouinciali Bæticæ.

Fr. Luca Alemandi Magistro, Prouinciali Prouinciæ.

Fr. Iosepho Bourguignon Magistro, Prouinciali Occitanæ.

Fr. Ioanne Saulio Magistro, pro Prouinciali vtriusque Lombardiaæ.

Fr. Vincentio Ciuitella Magistro, pro Prouinciali Romanæ.

Fr. Ioanne Chrysostomo Robcicensi Bacchalaureo, & Priore Cracouiensi, pro Prouinciali Poloniæ.

4
Fr. Antonino de Veria Magistro, pro Prouinciali Tri-
nacriæ.

Fr. Henrico Greue Conde. pro Prouinciali Germaniæ
inferioris.

Fr. Angelo de Gemiliano Magistro, pro Prouincia-
li Calabriæ.

Fr. Ferdinando de Cubas, pro Prouinciali sancti Ia-
cobi de Mexico.

Fr. Leonardo de Garfias Præsentato, pro Prouinciali
sancti Antonini de Nouo regno.

Fr. Camillo Balliano de Mediolano Magistro, Inqui-
sitore Alexandriæ, & Priore, pro Prouinciali san-
cti Petri Martyris.

Fr. Francisco Scriua Lectore, pro Prouinciali sanctæ
Catharinæ de Senis.

Fr. Francesco Cocco Magistro, Prouinciali Toul-
ensis.

Fr. Melchioro Romano Magistro, Prouinciali Genito-

ri.

Fr. Iolepèo Bonfigliou Magistro, Prouinciali Oe-
cise.

Fr. Iosanne Susto Magistro, Prouincialis Autie-
despompsies.

Fr. Vincenzo Cuccia Magistro pro Prouinciali Ro-
mane.

Fr. Iosanne Chilaglioni Magistro Regiocecumus Bucopatentis.

V N I V E R S I S E T S I N G V L I S

5

Patribus & Fratribus Ordinis Prædicatorum.

F R A T E R H I E R O N Y M V S X A V I E R R E
Cæsaraugustanus, rotius eiusdem Ordinis humilis Generalis Magister, & seruus, S.




V A M V I S , Si humanæ vitæ naturam consideremus , eam arumnosam peregrinationem iudicare possimus , varia tamen multorum fors admirationem & terrorem cordatis facile incutere poterit . Vita enim ista misera , caduca , varijs undiq; circumdata laboribus , innumeris circumuallata sollicitudinibus , quam humores tumidant , dolores extenuant , ardores exsiccant , escæ inflant , ieunia macerant , iuuentus extollit , senectus incuruat , infirmitas frangit , mæror deprimit , cuius periodum mensurabiles dies , seu potius mensura pugillorum terminatos , posuit Omnipotens , quibus malis mors furibunda succedit , simulque cunctis gaudij sibi miserae vitæ ita finem imponit , ut cum esse desierint , non fuisse putentur . Merito igitur cum Propheta exclamare possemus , Tædet me laboriosa vitæ mea . Illud tamen animum nostrum maximè vexat , exagitat , pungit , & dilacerat , (quod utique sine magno tremore recoli , sine multo timore pensari non valet) variam (inquam) eorumdem hominum prospicere sortem . Vidi mus enim multos , & à Patribus nostris audiuiimus , ascendisse primitus quodammodo usque ad celos , postmodum autem descendisse usque ad abyssos , & animas eorum in malis obstupuisse : vidi mus stellas de celo cecidisse ab impetu ferientis cauda draconis : vidi mus viuos morientes , & eos , qui inter filios Dei ambulabant in medio lapidum ignitorum , quasi lutum ad nihilum defluxisse . Quare autem omnia ista ? Unde ex tanta ad tam miseram & infimam sortem ? Quia legem Domini obliti , in latitudine , vel dilatatione cordis in via mandatorum eius currere

rere noluerunt. Vnde autem ad tantum malum prolapſi sunt? Si enim mandata Domini dulciora super mel & fauum, si pretioſiora super aurum, & tapazion, quare dulce iudicarunt amarum, verasque diuitias, & incommutabile bonum, in caducas & velut spinas pungentes commutauerunt? Cecidit, cecidit antemurale, & murus pariter dissipatus est. Minima neglexerunt, & paulatim defluxerunt. Sanctas leges, utiles ordinaciones, maiorum monitiones, & superiorum consilia paruifeerunt, vnde & diuinorum mandatorum neglectus facile subſequutus est. Concurrunt igitur ex omnibus Prouincij grauiores Patres, qui velut alter Moyses in confractione, vel ruptione muri ſtent, fulciant, instaurant, reficiant, & tamquam propugnacula antemurale communiant. Ad hoc igitur cum in hoc Capitulo vndique terrarum confluxerimus, multa ex ceremonijs, & sacris constitutionibus firma ſtabilire, fortia conſeruare, diruta instaurare, & collapsa erigere, renouatis sanctis conati ſumus. Vos igitur amantissimi Patres, rogo & obtestor per aduentum Domini nostri Iesu Christi, vt memores vocationis veſtræ, & fidei, quam ſpoondiſtis, illa, alacri fronte recipere, & animo lubenii amplecti velitis, nec ea floccipendatis, quibus perfectionem Christianam à vobis diu optatam facile poteritis adipisci. Valete, & Deum pro me orate.

*Vallis oleti in nostro Conventu sancti Pauli. Die 10. Iunij.
Anno 1605.*

(tunc non itaq; vixit etiam eis), noster vocatus ergo est
-7. noster et noster in mente a militante (vixit) noster
etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq;
noster etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq;
etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq;
etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq;
etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq; etiamq;

IN NOMINE
SANCTISSIMAE TRINITATIS
PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI,
Beatae Mariæ semper Virginis, Beati Do-
minici Patris nostri, omnium San-
ctorum & Sanctorum Dei.



*ACTA QVAE IN EODEM
Capitulo MD CV. pro conseruanda,
augendaque Religione, Deo dan-
te, proponuntur.*

DENVNCIATIONES.



Enunciamus omnibus nostri Ordinis Fra-
tribus Potentissimum Hispaniarum Re-
gem Catholicum Capitulum hoc nostrum
amplissimis fauoribus cumulasle, namque
nostram solemnem, & Fratrum multitudi-
ne numerosam Supplicationem die sanctissimo
Pentecostes ab Ecclesia nostra S. Pauli ad Cathedra-
lem, tam in accessu, quam in reditu, ipsem et pluribus Princi-
pibus, & horum Regnum Proceribus comitatus, condecorauit.
Fontem Baptismalem, in quo sanctissimus Pater no-
ster Dominicus nomen in Christianam religionem dedit, ab
Oppido Calaroga Vallisoletum asportari mandauit, & in eo
Principem eius filium eodem sacratissimo die à Vesperis, so-
lem-

Iemnissimo ritu ab Illustrissimo & Reuerendissimo D. D. Bernardo de Rojas & Sandoual, S.R.E. Cardinali Archiepisco po Toletano, in Templo nostro baptizari iussit, vocatumque est Principis nomen, Philippus Dominicus Victorius. Publi cas nostras Disputationes sua Regia præsentia, vnâ cum Re gina vxore cohonestauit. Amplissimam eleemosynam pro alendis Fratribus, qui ad Capitulum ex diuersis Orbis terra rum partibus confluxerunt, maxima cum hilaritate tribuit, ac permulta alia præstítit, quibus magnam, qua erga nostrum Ordinem afficitur, benevolentiam clarissimè ostendit. Quapropter præter suffragia in hoc nostro Capitulo præcepta, monemus, & hortamur omnes vtriusque sexus ad Dominicana m nostram Religionem quauis ratione spectantes, ut quotidianas preces pro eisdem Potentissimis Regibus, & eorum prole, Deo Optimo Maximo deuote offerant.

2 Denunciamus, Supremum sanctæ Inquisitionis Hispaniarum Senatum auctoritate Apostolica, & Regia decreuisse, vt in omnibus Regnis sibi subiectis Ordo militaris de Militia Iesu Christi cruce signatorum militum, à Patre nostro Beatissimo Dominico contra Hæreticos institutus, & à Summis Pontificibus approbatus & confirmatus, de nouo restauretur, & si opus est instituatur, quorum Congregatio in nostri Conuentibus dumtaxat habeatur; obtenta tamen prius licentia ab Inquisitoribus. Quare Potentissimus Hispaniarum Rex Catholicus Fidei zelator, & defensor accerimus, Sanctæque Inquisitionis, & nostræ Religionis Protector optimus instaurationem Ordinis Militiae Iesu Christi desiderans, suo decreto Regio sanciuit, atque conces fit omnibus prædictis sanctæ Inquisitionis Ministris, vt possint nostris Prædicatorum insignijs, alba videlicet, & nigra Cruce, floribus velut liliorum terminata, & deaurata super vestes vti, ipsisque decorari in Festis Beatissimi Patris nostri Dominici, Beati Petri Martyris, Beati Raymundi, & in solemnitate sacratissimi Corporis Christi, & in omnibus actibus fidei, propositione & publicatione

9

catione Edicti sanctæ Inquisitionis, & quotiescumque Re-
gia Maiestas aliquod ingreditur Regnum vel Civitatem, ut
constat ex regesto originali in Archiis sanctæ & generalis
Inquisitionis supremi Senatus conseruato, sub Dat. Vallisole-
ti, vigesima nona Iulij, millesimo sexcentesimo tertio, per
manum Notarij, & Secretarij Ferdinandi de Villegas.
Quamobrem ordinamus & mandamus omnibus Fratribus
nostris Ordinis in Conuentibus, sacræ Inquisitioni Hispaniæ
subiectis commorantibus vbi commodè fieri potest, ut sum-
ma qua poterunt diligentia deuotione, & solemnitate curent
prædicta festa simul cum præfatis militibus, & sanctæ Inquisi-
tionis ministris celebrare, processiones solemnes, & pomposas
in quibus reliquiæ Sanctorum, & vexilla sanctæ Inquisitionis
deportentur, ita componere & ordinare, sicut tanti Patris sancti
Dominici primi Inquisitoris, Principis, & institutoris sancti
Officij filios, & Diui Petri Martyris iniuncti fidei propugnato-
ris commilitones, necnon Beati Raymundi totius Hispaniæ
Inquisitoris alumnos decet.

3 Denunciamus fœlicis recordationis Clementem Octa-
uum Motu proprio, & de plenitudine potestatis Apostolicæ
sub annulo piscatoris die trigesima Iulij 1601. Prouinciam
sancti Hyacinthi, ac nomen, titulum, & essentiam illius omni-
no extinxisse, & in locum eiusdem, congregationem nouam
in Russia ex Conuentibus Leopoliensi, Camenecensi, Kio-
uiensi, Rubeicastrí, Iaslouiensi, & Mosticensi, à Prouincia Po-
loniæ separatam eruisse. Conuentus vero alios, qui in Ca-
pitulo generali Valentia à Prouincia Poloniæ separati, &
Prouinciam sancti Hyacinthi assignati fuerant, vna cum
privilegijs eorundem Conuentuum, in Conuentu Leopo-
liensi depositatis, restitui decreuisse: silentiumque perpe-
tuum in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, nec-
non sub poena excommunicationis latæ sententiæ, & alijs,
de nihil innouando in posterum utrique parti imposuisse,
non obstantibus ordinationibus Capitulorum Generalium
Valentia, & Neapoli immediatè celebratorum, & alijs tam

literis Apostolicis Pij Secundi, & Sixti Quarti, pro Societate peregrinantium, quām etiam quibusuis decretis ab Ordine exanatis incontrarium. In quorum omnium exequutionem R.P. Magister Frater Dominicus Landius, ab eodem Clemente Octauo, & Reuerendiss. Patre Generali executor & Visitator missus est, eaque in Conuentu Præmisliensi Provinciæ Poloniæ assistente Illustrissimo & Reuerendissimo Episcopo loci illius in præsentia vtriusque partis citatæ & comparentis publicauit, & exequutus est. Patres vero & Fratres tam Provinciæ Poloniæ, quām Congregationis in Russia huiusmodi diffinitionē & exequutionem laudarunt, approbarunt, & subscriperunt, prout clarè constat per acta Ioannis Crosnensis, sacra auctoritate Apostolica publici Notarij, prima die Iulij 1602. facta. Quæ omnia prædictus Pontifex Clemens Octavius, videlicet, tam decretum, quām exequutionem illius per litteras sub plumbo datas Romæ apud sanctū Petrum 1604. nono Kalendas Maij. Itemque per alias litteras sub annulo pescatoris datas Romæ die 23. Aprilis eiusdem anni confirmavit, nō obstantibus litteris suis in forma Brevis, quibus inhibetur, ne Provincialis Poloniae prætendant iurisdictionem super Cōuentus in Russia: & etiam Capitulo Generali Romæ 1601. in quo ex mera gratia Sedis Apostolicae Fratres Rutheni pro rata suæ Provinciæ voces, loca & diffiniendi auctoritatem cum alijs Provincijs habuerunt. Nos igitur cum omni reuerentia dictas litteras, decreta & diffinitiones Apostolicas, earumq. exequutionem acceptamus; præcipientes sub pœnis à Sede Apostolica taxatis, omnibus Fratribus ad Provinciam Poloniæ, & congregationem in Russia pertinentibus ne directe, vel indirecte, præfatæ ordinationi Apostolicae contradicere, vel aliquid circa hoc in posterum innouare audeant.

4 Denunciamus in Conuentu nostro Prædicatorum Valentiae Provinciæ Aragoniæ gloriose obijisse R. P. F. Dominicum Anadon virum sanè religiosum, simplicitatis, & humilitatis exemplar, qui in humilitate viuere volens, tota fere vita sua

sua ostio præfuit, pauperum amator, & eorundem euangelizator, qui qui clarens multis miraculis, tam in vita, quam in morte migravit ad Dominum, Anno 1602. die 28. Decembris.

DECLARATIONS.

- 1** Declaramus ordinationes & præcepta à Visitatoribus facta manere in suo robore durante auctoritate eorum, à quibus missi sunt. *Visitorum
ordinationes
& præcepta
durant.*
- 2** Declaramus Vicarios Congregationum & Viciarum expleto tempore sui officij habere locum in sua congregazione, vel Vicaria, super omnes qui non fuerunt Vicarij, sicut Prouinciales in suis Prouincijs. *Locus eorum
qui fuerunt
Vicarij.*
- 3** Declaramus posse Fratres institui Suppriores, quamvis non habeant duodecim annos à professione, & sic institutos, posse electiones dirigere, non tamen, in electionibus votum habere. *Supprios
possunt insti-
tui, etiā si nō
habeat 12. an-
nos à profes-
sione.*
- 4** Declaramus, quod Definitor tam Capituli Generalis, quam Prouincialis etiam præsente aliquo Priore, debet dicere: Fidelium. *Definitor di-
cat Fidelium.*
- 5** Declaramus, quod Patres qui fuerunt Priors, tantum sunt Patres à consilijs, in illis Conuentibus, in quibus fuerunt Priors, ut etiam alijs declaratum fuit. Concedimus autem omnibus Patribus, qui in aliqua Prouincia fuerunt Prouinciales, vt sint Patres à consilijs in quibuscumque Conuentibus, in quibus fuerint assignati, etiam si sint alterius Prouinciae, ab illa, in qua fuerunt Prouinciales. *Patres qui
fuerunt Prio-
res, sunt à co-
silijs, & ubi:*
- 6** Declaramus quod si contingat aliquem Conuersum professum, admitti ad habitum clericalem, habeat vocem in electionibus Canonicis post duodecim annos à susceptione habitus clericalis. *Cōuersus ad
habitu chorii
promotus quā
do vocem ha-
bet.*
- 7** Declaramus pro Prouincia Poloniae concessionem, & declarationem felicis recordationis Magistri Generalis Iustiniiani de reeligendis Prouincialibus in eadem Prouincia, au-

otoritate Apostolica factam, in suo robore permanere, non obstante declaratione Capituli Generalis Romæ celebrati 1589.

C O N F I R M A T I O N E S.

*Capitulum
habeatur.*

Confirmamus in primis illam de Capitulo habendo ad minus de quindena in quindenam, in quo inter reliqua tenebuntur Præsidentes culpas subditorum audire, vnius saltem Chori: & PP. Prouinciales, quos in hoc inuenient negligentes, à suis Officijs absoluant.

*Pecunie in
deposito quo-
modo haben-
da.*

Confirmamus illam de depositis, vt videlicet, qui pecunias vnde quaque habuerint, teneantur sub pœnis proprieta-rijs debitiss, infra terminum vigintiquatuor horarum, easdem Prælato suo præsentare, & de eius licentia in communi depo- sito ponere, quod in moderata pecuniarum quantitate per-mitti poterit, attenta tamen personarum, & occasionum qua- litate, tempus vero & usum Priorum arbitrio relinquimus, quorum conscientiam in diem Christi aggrauamus, vt inuigilant ne Fratres pecunias aliter expendant, quam eorum reli-giosa necessitas, vel commoditas tulerit.

*Examinandi
sunt confessio-
nes, ordinan-
di, predicato-
res, & gra-
duandi, &
quomodo.*

Confirmamus illam de examinandis omnibus exponen-dis ad audientiam confessionum, admittendis ad Officiū præ-dicationis, & ad sacros ordines, quos omnes per vota secreta approbari volumus. Circa graduandos autem confirmamus ordinationem quintam decimam Capituli Valentini, decla-rantes non esse intelligendam de Bacchalaureis, & Magistris, qui secundum nostras Constitutiones tempus præfixum le-gerint, tollentes etiam à prædicta ordinatione pœnam ex-communicationis. In Prouincijs autem Galliarum, decerni-mus seruandum esse morem earum, quantum ad eos, qui ri-gorose apud seculares examinantur. In alijs autem ordina-tionem ipsam inuiolabiliter seruari volumus.

*Expulsi ab a-
lijs religioni-
bus in nostra*

Confirmamus illam, vt nullus à quacunq. Religione ex-pulsus ad habitum Religionis nostræ recipi possit: quod si re- ceptus

ceptus fuerit, præter quam quod grauiter punientur recipien-
tes, receptio pro nulla habeatur, sicuti & professio, si qua post-
modum subsequuta fuerit, sed talis statim ad sæculum remit-
tatur, declarantes hoc esse intelligendum de professis in alijs
Religionibus.

5 Confirmamus illam, quod in Prouincijs & Conuentibus, Non ordinen-
tur Fratres,
qui prius
taxatū tem-
pus comple-
uerint.
vbi sunt plures Fratres, nullus ad sacros Ordines suscipiendos
mitti possit, nisi administrus tres annos habeat completos à pro-
fessione, ad Diaconatum nisi quatuor, ad Sacerdotium vero
nisi quinque. Concedimus autem RR. PP. Provincialibus,
vt cum aliquibus benemeritis de consilio Patrum possint
dispensare. In alijs autem Prouincijs, vbi est maior indi-
gentia Sacerdotum, eo meliori modo, quo fieri poterit, ob-
seruetur.

6 Confirmamus illam, vt possibilis adhibetur diligentia, Non erigan-
tur in Priora-
tus domus ne-
cessarij ca-
rentes.
ne in Conuentus, & Prioratus erigantur loca, quæ postea ta-
xatum numerum Fratrum, iuxta nostras Constitutiones su-
stentare nequeant. Quare in posterum nulla domus in Prio-
ratum erigatur, aut erecta intelligatur, quantumcumque con-
cessio facta fuerit, nisi per annum integrum ante duodecim.
Fratres religiose aluerit, & pro religiosis necessitatibus plenè
prouiderit.

7 Confirmamus illam, quod si aliqui Fratres reperti fue-
rint, qui alicui extra Ordinem summam pecuniarum per nota-
bile tempus debeant, vel de quibus debitores conquerantur;
actiua, passiuæq. voce per Superiores priuari debebunt, & ni-
hilominus carceri mancipari, iudicio Prælatorum; habita ra-
tione debitorum: addentes etiam sub eadem pena, ne Fratres
debita contrahant maxime cum sæcularibus absque licentia
sui Prælati, cui tenebuntur suæ necessitatis causam prius si-
gnificare.

8 Confirmamus illam, qua præcipitur in virtute Spiritus Excommunicatio
latæ sententiæ
trahentes ne-
gotiari religio-
nis ad alia
tribunalia,
sancti, & sanctæ obedientiæ sub formali præcepto, necnon sub
pena excommunicationis latæ sententiæ, & omnibus penis
quomodocumque in Capitulo grauioris culpæ contentis, ne
quis

*Ex iura Pra-
latos nō exer-
quentes pu-
nus.*

quis religionis negotia, siue Fratrum sint, siue Monialium, quomodo deferre audeat directe, vel indirecte, per se, vel per alios ad tribunalia extra Ordinem. Quod si qui fecerint, id scientes, sub eodem formali praecepto, & excommunicationis latæ sententiæ poena, A. RR. Provinciali, vel Priori, infra terminum duodecim dierum, quorum quatuor primos pro primo, quatuor secundos pro secundo, quatuor tertios pro tertio, & ultimo peremptorio termino assignamus, denunciarie teneantur. Superior vero admonitus, sub eodem pariter praecepto, & excommunicationis latæ sententiæ poena, infra terminum, ut supra praemissis præmittendis, poenam transgrefforibus supra taxatam infligere omnino tenebitur.

*Vistatoribus
& Vicarijs
generalibus
prefigatur tē
pus, nec eli-
gatur idem
in Praelatos.*

9. Confirmamus illam quod quando contigerit mittere visitatores, commissarios, & vicarios generales in aliquam Provinciam, vel in aliquem Conuentum, debeat sibi in litteris patentibus præfigi tempus, ultra quod non poterunt protrahere visitationem; hi autem qui mittentur Visitatores, nequam eligi poterunt in Piores, vel Provinciales illarum Provinciarum, aut Conuentum, quandiu illarum, vel illorum erunt Visitatores. Quod & de eorum Socijs dicimus, irritum, & nullum decernentes quidquid in contrarium factum fuerit. Tenebunt autem predicti Visitatores, aut Vicarij loca sua iuxta seriem nostrarum Constitutionum, & declaracionum earundem.

*Excommuni-
catio, ne ex-
trahantur li-
bri à Biblio-
theca commu-
ni.*

10. Confirmamus illam qua præcipitur in virtute Spiritus sancti & sanctæ obedientiæ, & sub formali præcepto, necnon sub poena excommunicationis latæ sententiæ, hac vna pro tribus canonica monitione præmissa, omnibus, & singulis Fratribus cuiuscunque sint gradus, aut conditionis, ne audeant extrahere à Bibliotheca communis libros, quicumque illi sint, sine licentia Superioris Conuentus; qui ipsam nullo modo dare poterit, nisi in casu alicuius necessitatis, & de Patrum consilio.

*Libri Fratris
defuncti Bi-
bliotheca ap-*

11. Confirmamus illam qua districte mandatur, ut libri ab aliquo Fratre demortuo relicti publicæ Librariæ applicentur,

tur, si in ipsa tales libri non erunt, addentes & Prælatis man-
dantes, ut singulis annis aliquos libros ex modernis, & graui-
bus Auctòribus pro communi Bibliotheca emant.

12 Confirmamus illam sèpe sèpius factam, & mandamus in virtute Spiritus sancti, & sancte obedientie, & sub formali præcepto, & sub poena excommunicationis latæ sententie, vna hac pro trina canonica monitione præmissa, ne quis Ordinis nostri diuisionem procurare aliquando intentet.

13 Confirmamus omnes conuentiones factas inter Excel- lentissimum Duce de Lerma, & Conuentum Vallisoletanum. sancti Pauli, admittentes eum, totamque eius domum, ad omnes gratias, & beneficia Ordinis nostri, cum tot beneficia prædicto Conuentui contulerit, & quotidie conferat. Cuius etiam singularem protectionem pro Provincia Hispaniæ, & singulis eius Conuentibus, cum pactis & conuentionibus inter ipsum Excellentissimum dominum, & eandem Provinciam factis laudamus, acceptamus, & confirmamus.

14 Confirmamus ordinationem in præcedenti Capitulo factam, sub præcepto formal, ut quotiescumque in aliquo Conuentu, aliquem Fratrem mori contigerit, Prælatus illius Conuentus infra spatum sex dierum teneatur omnes suæ Provinciæ Præsidentes, de morte Fratris certiores facere, pro cuius anima quilibet Sacerdos illius Provinciæ dicet vnam Missam, Iuuenes Septem Psalmos, Conuersi Rosarium Beatissimæ Virginis Mariæ.

15 Confirmamus illam, ut vniiformitas in exteriori habitu in Ordine obseruetur, ita ut caputum, neque plicas habeat, neque angulos, neque magnum admodum, neque breue nimium sit, sed in quadam mediocritate: tunicæ sint de panno communi, non pretioso, nec subtili, & scapularia etiam neque de subtili materia, neque plicas habentia, similiter nec capæ sint de materia subtili, vel pretiosa. Idem volumus obseruari in vestibus interioribus, ut sint humilitatem, & decentiam monasticam præferentes, omnique curiositate carentes.

*Educatio No
nitorum.* 16 Confirmamus illam, vt Prælati solicii sint circa Nouitiorum educationem, & de Magistris Nouitiorum prouideat, & tales deputari current, qui verbo & exemplo eos in regulari obseruantia nutriant, & Visitatorem aliquem deputent Provinciales, qui bis in anno domos Nouitiorum visitet, & quæ ad eorum curam expedire nouerit, diligenter ordinet, & prouideat: præcipientes omnibus Conuentuum Præsidentibus, sub poena absolutionis ab Officio, ne vlla ratione Nouitios, & Iuuenes per Conuentum discurrere permittant, neque è domo egredi, nisi pro euidenti necessitate.

*Suffragia pu
blice feratur.* 17 Confirmamus illam, vt in Iuuenum receptione ad habi-
tum, & professionem suffragia publice ferantur, non obstanti-
bus quibuscumque in contrarium.

*Vigilantia
Prælatorum
circa Studia* 18 Confirmamus grauissimeque Prioribus iniungimus, con-
scientias eorum aggrauantes, vt maxima cum vigilancia Stu-
dijs attendant, iubeantque Lectoribus, vt horis constitutis,
videlicet post Primam, & Vespertas suas lectiones prælegant,
nec tempora mutent, nec desint lectionibus, & conferentijs.

*Lectores in
Quadragesi
ma ne predi
cent.* 19 Confirmamus illam, quod Lectores artium non possint
tempore Quadragesimæ concionari, ita vt ob conciones or-
dinaria lectio impediatur, & quod ambo Theologiae Lecto-
res eodem tempore concionibus non vacent, sed saltē alter
eorum semper domi prælecturus remaneat.

*Conferentie.
Et circuli
quotidie ha-
beantur.* 20 Confirmamus & inuiolabilitate obseruari volumus, vt
quotidie omnium lectionum quæ audiuntur fiant conferen-
tiæ, & circuli etiam singulis diebus proponantur, nisi actus
superior impedierit: quod si Lectores in hoc fuerint negli-
gentes, lectionibus priuentur, conscientias Prælatorum one-
rantes, si in promouendis studijs fuerint negligentes.

*Tempus stu
dij formalis* 21 Confirmamus illam, quod tempus studij formalium
studentium sit triennium completum, quo finito non possint
amplius in eodem studio permanere, vt detur locus alijs: ad-
dentes, vt ad Studia generalia Italæ non possint mitti stu-
dentes formales nisi à Prouinciali, & Definitoribus Capitu-
lorum Prouincialium, quorum conscientias aggrauamus,

vt magis idoneos eligant, & morigeratos.

22 Confirmamus, quod in Conuentibus, vbi non sunt lectioes Theologiæ, aut Artium, habeatur lectio de Casibus conscientiæ, cui intererunt omnes Fratres non graduati.

23 Confirmamus, quod si concessæ fuerint aliquæ litteræ patentes testificantes surreptitiæ de aliquo, in quibus dicatur quod legerit, vel alia huiusmodi egerit, quarum vigore aliquos gradus consequutus fuerit, eo ipso eius gradus non admittantur à Capitulo Prouinciali. Idem etiam dicimus respectu Prædicatorum Generalium, extendentes hanc ordinationem ad eos, qui falsam informationem Definitorio Generali, vel Reuerendissimo dederint, quos à suis Officijs absolvi debere decernimus, & perpetuo inhabiles ad Praelaturas esse volumus.

24 Confirmamus, vt Concionatores, qui tempore Quadragesimæ à carnis abstinere non valent, per Quadragesimam ad populum concionari non possint, ne plus tanto scandalo offendant, quam verbis ædificant.

25 Confirmamus illam qua præcipitur singulis nostris Religionis Fratribus, extra Ordinem commorantibus, in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, sub formali præcepto, & sub poena excommunicationis latæ sententiæ, vna hac pro trina canonica monitione præmissa, vt infra spatum vnius mensis à notitia præsentium, ad Ordinem reuertantur. Exceptis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Episcopis seruientibus: reuocantes quascumque licentias super hoc quibuscumque concessas.

26 Confirmamus illam qua committitur RR. A. PP. Provincialibus eorum conscientias aggrauantes, vt Priors, aut Conuentuum Præsidentes, quos inuenierint facile, & absque vrgenti causa à suis Conuentibus sæpe exire, & itinera voluntaria arripere, in poenâ à suis Officijs absoluant; expensæ autem quas in huiusmodi itineribus fecerint, nulla ratione adscribantur Conuentibus, nisi certissime constet in cōmodū, & utilitatem Conuentū cedere. Declarantes, & statuentes non

*Lectiones ca-
suum.*

*De ijs, qui
falso infor-
mant.*

*Concionato-
res carnes nō
comedant.*

*Reuocatio li-
centiarū ex-
tra Ordinem
commoran-
tium.*

*Discursus su-
per ijs Prio-
ribus inter-
dicuntur.*

licere Prioribus vltra dietam confidere iter absque licentia.
 R. A. P. Prouincialis prius obtenta , nisi tale sit negotium
 quod dilationem non patiatur , tuncque etiam tenebuntur
 Priores statim R. A. Patrem Prouincialem certiorem facere
 de itinere , quod fuerint aggressi , exponentes causas illius : &
 si fecus ficerint , expensæ omnes non adscribantur Conuen-
 tibus , etiam si pro negotijs Conuentuum iter sit confectum ,
 & alijs etiam poenit punitur .

*Negatur fa-
cultas Priori-
bus conceden-
di licentias
vagandi .*

27 Confirmamus illam qua præcipitur omnium Conuen-
 tum Præsidentibus sub poena absolutionis ab Officio , ne fa-
 cile facultatem tribuant , etiam de consilio Patrum , Fratribus
 discurrendi extra Conuentum , vel eundi ad alios Conuen-
 tus , seu Oppida , etiam prætextu alicuius necessitatis , nisi ve-
 ra sit , & vrgentissima , cum constet huiusmodi discursus ma-
 gna parere incommoda , & scandala .

28 Confirmamus , & præcipimus omnibus Conuentuum
 Raro è domo excedendum .
 Præsidentibus , grauiterque eorum conscientias oneramus , vt
 valde difficiles se præbeant in licentijs è domo egrediendi
 concedendis , præsertim iunioribus . Actu verò Studentibus ,
 & Iunioribus nulla ratione concedantur : poterunt tamen
 Iuuenes Studentes semel in mense recreationis gratia egredi
 domum , ita tamen , vt omnes simul , vel ad campum , vel vi-
 neam tendant , cum licentia & benedictione sui Prælati ? qui
 bus præcipimus sub poena absolutionis ab Officio , vt socium
 nominent pro qualibet vice , quibus licentiam egrediendi
 concedent .

*Curias ad-
eunibus , non
soluantur ex-
pensa .*

29 Confirmamus , quòd si aliqui Fratres in curiam , vel
 curias eundo , vel redeundo aliquas pecunias expenderint ,
 nihil omnino de expensis illis soluantur , nisi forte propter bo-
 num commune Conuentus illas adierint .

*Fugitiui quo-
modo reci-
piendi .*

30 Confirmamus , quòd fugitiui in nulla Prouincia reci-
 piantur nisi in carceribus , qui postquam taxatas poenas lue-
 rint , ad suas Prouincias , vel Conuentus statim remittantur .
 Et hoc mandamus sub poena suspensionis ab Officio , tam
 Reuerendis admodum Patribus Prouincialibus , quam Prio-
 ribus ,

ribus, seu Præsidentibus Conuentuum, seu domorum.

31 Confirmamus, & in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, & sub formali præcepto mandamus, ut in Cittib[us] & Oppidis in quibus Conuentus, aut domos habemus, nullus possit pernoctare extra Conuentum, nec in Suburbanis sine licentia Prælati, cuius conscientiam aggrauamus, si in hac concedenda fuerint faciles.

32 Confirmamus, & districte inhibemus omnibus Fratribus nostri Ordinis, ut neque possint sacerdotalium negotia litigiosa apud quæcumque tribunalia procurare; neque se immergentes negotijs sacerdotalibus, mercimonij, aut alijs huiusmodi, quæ tam proprietatis vitio sunt vicina, intendant, & maxime nutrientis equis, & alendis.

33 Confirmamus illam ex mandato felicis recordationis domini Clementis Octavi factam, quod si qui tam temerarij & audaces fuerint, nec Deum timentes, nec homines reueuerentes, vt Sanctissimo aliqua memorialia exhibere attenauerint, in quibus aliquid falsum contra Fratres suos, & præcipue contra Prælatos sit contentum, seuerissimè puniantur.

34 Confirmamus illam, quod poenæ à Constitutionibus taxatæ, deficienti in accusatione alicuius Fratris, addatur quod hæc poena omnino, & indispensabiliter infligatur, & quod perpetuò inhabilis sit, ad quascumque dignitates, & infamis, nec ei in Tribunalibus fides aliqua adhibeat: quod tamen volumus intelligendum, quando delictum, de quo alium accusat, erit graue, & non aliter.

35 Confirmamus, & omnibus Prioribus, Conuentuumque Præsidentibus districte iniungimus, ut qua poterunt breuitate faciant memorialia, quæ vocantur inuentaria, tum in deposito de omnibus scripturis, tum annuorum reddituum, quæ censualia vocantur, tum aliorum priuilegiorum, & similiter in qualibet officina Conuentus: ad quæ inuentaria constituantur liber in deposito, in quo ponatur primò inuentarium priuilegiorum, & aliarum scripturarum pertinentium ad foundationem & statum Conuentus. Secundo ponatur inuen-

*Pernoccare
extra Conuento
tum prohibe-
tur.*

*Negotijs se-
cularibus Fra-
tres non in-
tendant.*

*Pena contra
exhibentes
Sanctissimo
memorialia
falsa.*

*Pena defi-
cientis in
probatione.*

*Fiant inuen-
taria omni-
bonorum.*

tarium scripturarum censualium perpetuorum, & postea scripturatum censualium temporalium per ordinem mensium, cum aliquo signo tam in inuentario, quam in ipsa scriptura, ut possint facile reperiri: & in alia parte ponatur inuentarium omnium scripturarum pertinentium ad annuos redditus frumenti, vini, & olei. In alio autem libro ponantur sigillatim inuentaria omnium bonorum, quæ reperiuntur in qualibet officina Conuentus, in quibus quæcunque bona, quæ de nouo ponuntur in aliqua officina, addantur inuentario illius officinæ: maximè autem in inuentario Sacrificiæ ponantur omnia iocalia, & quæ offeruntur; quæ teneantur Sacrificiæ, quantocytus acceperint, præsentare Patri Priori, seu principali Præsidenti Conuentus, ut ponantur in inuentario, ex quibus inuentarijs dentur transumptus cuilibet officiali talis officinæ subscriptus à Patre Priore, seu principali Præsidenti, Depositarijs Conuentus, & officiali officinæ, quæ omnia teneantur adimplere Prælati sub poena absolutionis ab Officijs eorum. Addentes quod nullo modo extrahantur aliquæ scripturæ à deposito nisi in præsentia Prælati, taliter quod in deposito maneat aliquod memoriale semper ipsius scripturaræ, donec restituatur.

Pro Prouincia Aragonia.

36 Confirmamus illam in Prouincia Aragoniæ qua ad eius petitionem ordinatum fuit, ut Prouinciales alternatiæ elegantur (dummodo digni & habiles reperiantur & non aliâs) ex tribus præcipuis nationibus, incipientes à Catalonia. Declarantes quod si aliquando mori, vel amoueri contigerit aliquem ex eis, non possint reeligî ex eadem natione, sed deuoluntur electio ad subsequentem nationem. Declarantes Conuentus Regni Maioricarum, & Ebusij pertinere ad nationem Valentianam, Conuentus autem Sardiniæ ad nationem Catalonia in electionibus Prouincialium.

37 Confirmamus in eadem Prouincia id quod in duobus Capitulis decretum est, ut in Capitulis Prouincialibus eiusdem Prouinciæ vnius Definitoris locus Insulis detur.

Pro Prouinciis Indiarum.

38 Confirmamus illam, qua præcipitur in virtute Spiritus sancti

sancti, & sanctæ obedientiæ, & sub formali præcepto, omnibus Prouincialibus Indiarū, vt quam primum poterunt, mittant singuli numerum certum omnium Conuentuum, Fratrum, & redditum suarum Prouinciarum ad Reuerendissimum Patrem nostrum Generalem.

39 Confirmamus conuentiones factas circa impressionem librorum, videlicet Missalium, Breuiariorum, &c. inter Reuerendissimum Patrem nostrum Generalem Magistrum, & Alfonsum Ciacconum, quæ omnes de verbo ad verbum in Definitorio huius Capituli Generalis, lectæ & approbatæ fuerunt, vt constat in posse Manuelis Trigo Notarij Apostolici, Vallisoleti sexta die Iunij 1605.

40 Confirmamus vniōnem factam; & incorporationem in Pro Prouincia Theutonie.

41 Confirmamus in Priorem Prouincialem Prouinciæ Tolosanæ A.R.P. Magistrum Fratrem Iosephum de Ibreys, absoluētes eum ab Officio Prioratus Agenensis.

42 Confirmamus, quod alijs ordinatum fuit, vt videlicet detur Fratribus Conuersis specialis Magister, qui eos instruere possit in cultu diuino, & cæremonijs Ordinis, & de alijs, quæ ad eorum statum, & officium pertinent.

43 Confirmamus in Prouincialem Prouinciæ Prouinciæ Fratrem Lucam Alemandi Magistrum.

ORDINATIONS.

In primis ordinamus, & obnixe hortamur omnes Fratres nostri Ordinis, vt quanta poterunt diligentia current diuinum Officium uniformiter persoluere, & recitare: quapropter districtè iubemus omnibus Prælatis, vt quam primum fieri poterit, libros Chorales corrigant, & emendent ad exemplar, & normam Breuiarij nouiter summa diligentia impressi.

2 Festum Beatæ Virginis ad Niues quinta die Augusti sub Toto

Confirmantur
conuentiones
inter Reue-
rendissimum
& Alfonsum
Ciacconum.

Pro Prouincia
Theutonie.

Confirmatur
Prouincialis
Tholosane.

Detur Magi-
ster Conuersis.

Confirmatur
Prouincialis
Prouincia.

Diuinū Offi-
ciū uniformi-
ter dicatur,
& libri Cho-
rales ad nor-
mam Breuiar-
ij noui cor-
rigantur.

Festa B. V.
ad Niues, &

B. Francisci Toto Duplici celebretur, cum Officio de Natiuitate eiusdem,
sub toto du-
plici, & Ca-
thedra S. Pe-
tri sub dupli-
ci celebren-
tur.

Nulla opinio
diffonia sente-
tie Sanctorū
defendatur.
Videantur
Sanctorum
Sententiae, in
fontibus.

3 Cum antiquorum Patrum nostrorum studium semper fuerit eos filios enutrire, qui intellectum proprium obsequio Diuinæ legis, & fidei Catholicæ humiliter subiicerent, & ab eis omnem arrogantiam, & temeritatem aduersus doctrinam sanctorum Patrum amputare conati sint, eorum pijs vestigijs inhærentes, omnibus Patribus Regentibus, Bacchalaureis, & quibuscumque Lectoribus sub poena priuationis graduum mandamus, ne inter legendum teneant, affirment, vel tueantur quamcumque singularem opinionem, quæ sit communis Sanctorum Patrum sententiæ contraria, vel diffonia, nec ipsam quoquis modo referant, & proponant, nisi ad confutandum, & eiusdem argumentis respondendum. Inuigilent igitur omnes in Sanctorum Patrum voluminibus euoluendis, suasque opiniones, eorumdem sententijs corroborare nitantrur, quas in fonte perspicere maximè desideramus, & districte iubemus.

Graduandi 4 Nullus gradum Bacchalaureatus, vel Magisterij, neque prius professionem fidei emittant.

Forma impri- 5 Nullus deinceps liber Typis mandetur, quin prius examinatus & approbatus fuerit à duobus vel tribus Patribus in vna quaque Prouincia, à Prouinciali, & Definitoribus Capituli Prouincialis nominandis. Quibus in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ mandamus, ut totum librum diligenter videant, & examinent, quo stylo, graui, an humili constet, de qua materia, magni an parui momenti: nec sufficiat nihil contra fidem, & bonos mores continere, sed talis sit, qui honori, & decori Religioni esse possit. Libros autem sic examinatos, & approbatos, nolumus excussione mandari in Italia, antequam Romam ad Reuerendissimum, vel eius Vicarium

Generalem mittantur approbandi: præcipientes sub' eodem formalī præcepto, ne postquam, vt dictum est, liber correctus fuerit, possit ei quidquam addi, vel subtrahi.

6 Lectores Artium triennio ad summum cursum suum perficiant, nullaq. ratione eorum nec aliorum Lectorum intermittantur lectiones, nec litteraria exercitia à Festo sanctæ Crucis vsque ad Festum sanctæ Mariæ Magdalènæ, exceptis hebdomada ante Aduentum, & duabus hebdomadibus ante Quadragesimam, in quibus exercitia intermitti poterunt, dummodo singulis diebus vna lectio habeatur. A Dominicā autem in Ramis Palmatum, vsque ad Dominicam in Albis cessare poterunt omnia. Quod si contingat in aliquo Studio Generali Regentem, vel Bacchalaureum aliquo legitimo impedimento legere non posse, tunc Magister Studij loco impediti lectiones habeat.

7 In prouisionibus Studiorū faciendis non attendant Praelati ad solam professionis antiquitatem, sed personarum sufficientiam, eruditionem, & bonos mores, vt possint non solum verbis, sed exemplis discipulos docere.

8 Nullus ad professionem admittatur, quin prius admoneatur de Decreto sancti Concilij Tridentini circa renunciationem bonorum, vel iurium suorum faciendam infra duos menses ante professionem, nec ab ea facienda ullo modo detreatur.

9 Interdictum sit omnibus Prioribus in posterum suis Superioribus, vel Vicariis licentiam committere recipiendi quemquam ad habitum, vel professionem sine licentia Reuerendi. Admodum Patris Prouincialis, & qui contra fecerint, à suis Officijs absoluantur.

10 Ad tollenda varia inconuenientia neminem præter Magistrum Nouitorum, & eorum Pædagogum volumus habere clauem domus Nouitorum; nec etiam eorum Lectores, non obstante quacumque consuetudine, seu potius corruptela, in contrarium.

11 Libertati electionum, quam tantopere sacra Tridentina Sy-

Lectores Artium triennio ad summum cursum perficiant.

Exercitatio literaria.

Sola antiquitas non attendatur in prouisione Studiorum.

Renuntiatio ante professionem.

Priores Superioribus licentiam recipiendi Fratres non concedant.

Claves domus Nouitorum qui habere possint.

Nō proponantur eligendi sine magna necessitate.

na Synodus commendauit , consulere volentes, strictissime mandamus obseruari , quod in Capitulo Generali Bononiæ celebrato 1564. statutum fuit, ne videlicet Prouinciales in singulis electionibus aliquos eligendos Electoribus propo- nant, nisi vbi specialis, & vrgens necessitas id postulauerit ; & non aliàs, quando, non pauciores, quàm tres , proponantur .

Legantur in 12 In Prouincijs in quibus haec tenus patentes litteræ confirmationis Priorum in Capitulo legi non confueuerunt, dein ceps legantur coram Fratribus in Refectorio, vel Capitulo, no- tādo in eisdem litteris diem, & horā quibus fuerint intimatæ .

Prouinciales regestum ha- beat . 13 Ne multa à Reuerendis Admodum Patribus Prouincialibus prouisa , memoria labantur , vtque falsificationibus litterarum ostium omnino occludatur , mandamus omnibus Prouincialibus, vt librum habeant, regestum nuncupatum, in quo præcipue res & acta eorum annotari debeant .

Deputatio- nes ad breue tempus . 14 Deputationes Fratrum ad breue dūtaxat tempus siant, intra quod teneantur Fratres deputati hebdomadarij munus exercere, Chorum sequi, ac alia onera subire , ac si essent ibidem assignati .

Nomē FRA- TER proprio nomini pre- ponatur . 15 Mandamus omnibus Fratribus, vt constitutionem illam obliuioni iam traditam omnino seruent, vt videlicet nomen F R A T E R , proprio nomini, & cognomini aliorum semper præponant, dicentes, Pater Frater N. vel Pater Magister Frater N.

Conuentus de- signentur in quibus regu- laris obser- uantia vi- geat . 16 Ordinamus & strictissime mandamus omnibus RR. Admodum PP. Prouincialibus , vt vnuſquisque in sua Prouincia vnum vel plures Conuentus iuxta qualitatem , & numerum Fratrum deputet . In quibus Regula, & Constitutiones Ordinis nostri, cum omni rigore ab omnibus illic degentibus ad vnguem obseruentur , nec cum aliquo ibi commorante in carnibus, vel alijs regulari vitæ repugnantibus quoquomodo, aut quouis prætextu , vel colore, nisi propter aetualē infirmitatem dumtaxat , dispensari possit . In quibus Conuentibus , & Locis nemo inuitus cogatur manere, nec aliquis nolens à suo retrahatur feruore, nisi quem iam arrepti propositi, &

ti, & cœptæ obseruantia poenituerit. Ne vero contingat si-
cut plerumque maligni spiritus suggestione solet euenire, vt
qui spiritu cœperunt, postmodum carne consumantur, & qui
ad meliora accendi videbantur, aliquando superba elatione,
& aliorum contemptu ad deteriora trahantur, & vnde quæ-
runt meliores fieri, inde inobedientes, & suis Superioribus re-
belles efficiuntur: Volumus & præsenti statuto in perpe-
tuum ordinamus, quod omnes in præfatis Conuentibus com-
morantes, in omnibus, & per omnia suis Prouincialibus cen-
seantur, & sint subditi. Qui visitare, assignare, & remouere
possint, sicut antea consueuerunt, & omnia alia tam in dictis
Conuentibus, quam Fratribus facere valeant, quæ dicto vi-
uendi modo, & regulari obseruantia non repugnant. Distri-
cte etiam mandamus, ne Fratres in talibus Conuentibus
commorantes, quo quis modo possint habitum, vel formam
eius transmutare, sed tali uti quali in Capitulo Romano pro-
xime præterito, & in hoc Capitulo fuit decretum. Nec pos-
sessions ceteraque immobilia, & pretiosa absque speciali
Reuerendissimi licentia alienare audeant. Hortamur nihilo-
minus dictos RR. A. PP. Prouinciales, vt præfatos Patres
foueant, & adiument, neque illis in suo feruore sint im-
pedimento, curentqne ne Domini spiritus in aliquo extin-
guatur, moneantque eos, qui in tali obseruantia arctitudi-
ne morantur, ne ceteros de sua Prouincia spernant, nec ali-
qui detrahant, nec alijs se esse meliores iudicent, sed animad-
uertant, quod quanto quis perfectior est, tanto humilior esse
debet, & tanto magis Superioribus obedientior: illius exem-
pto, qui usque ad mortem factus est obediens, & mortem no-
stram sua morte destruxit, vt in omnibus humilitatem, & obe-
dientiam nos doceret. Quare Reuerendissimum Patrem
Generalem obnixè rogamus, vt in Prouinciarum visitationi-
bus omnia quæ huiusmodi viuendi modum adiuuare iudi-
cauerit, pro sua singulari prouidentia, & sollicitudine curet
ordinare.

17. Quicumque, Prælati sui iudicium recusauerit, seueris-

*Prelati iudi-
cium recu-*

sime puniatur, super quo conscientiam Prælatorum aggra-
uamus: qui nec se recusatos iudicent, sed reos pœnitentiam
sibi iniunctam subire cogant, & interim Superiores de omni-
bus certiores faciant.

In licentij
exequendis
tempus pre-
figatur.

Non funden-
tur Conuen-
tus nisi iuxta
nostras Con-
stitutiones.

18 Nulli umquam dentur aliquæ licentiae absque temporis
designatione, intra quod eas executioni mandare possit, quo
præterito, ipso facto sint nullæ nulliusque roboris.

19 Cum singularitates quæ spiritum superbiæ parere so-
let, execrables apud antiquos Patres semper fuerint, ordina-
mus, ut nulla umquam domus vel Conuentus, tam Fratrum,
quæ Monialium deinceps construatur, etiam ad petitionem
cuiuscumque Principis, in quibus nouæ cæmeriaæ, leges, or-
dinationes, pœnæ, pœnitentiæ, modus viuendi, vel vestien-
di, vel alia quævis, quæ ab Ordine nostro videantur aliena,
contraria, vel dissona, vel præter nostras Constitutiones, ob-
seruari debeant, sed Constitutiones nostræ, quæ adeo à San-
ctis Pontificibus fuerint commendatae & approbatæ, ut ea-
rum perfecti obseruatores merito veniant canonizandi, ad
vnguem, & ad amissim rigorose custodiantur. Quod si se-
cus recipiatur, ipso facto receptio sit nulla, nulliusque valo-
ris, sicut de facto nunc pro tunc nullam decernimus & de-
claramus.

Confessarij Monialium. 20 Nullus Monialibus Confessor assignetur, nisi sit suffi-
cientis ætatis & vitæ exemplaris, cui omnes ordinariè pecca-
ta sua confiteantur; præter ordinarium autem Confessorem,
iuxta decretum Concilij Tridentini, extraordinarius bis aut
ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire de-
beat: quod si aliquando alicui Moniali ob peculiarem, & spi-
ritualem necessitatem aliquis detur Confessarius, id tamen
seruata antiqua Ordinis nostri consuetudine fieri mandamus.

Officij Con-
venientiis.

21 In omnibus Conuentibus, maximè præcipuis semper ad
ostium custos assistat aliquis Sacerdos, vel Conuersus simul
cū aliquo Iuniore, discretus, & matus, qui sæculares aduen-
tantes, benigne recipiat, & de rebus spiritualibus colloquen-
do, eos detineat, donec Frater ab eis petitus, & à Iuniore

Ostiariorum

Ostiario vocatus adueniat; nec permittat sacerdotes per Conuentum discurrere, nec ad cellas Fratrum accedere, nisi esset persona grauis. Ostium autem ita introrsus sit occlusum, ut nulla ratione à foris venientes possint aperire. Ut vero facilius Ostiario innotescat, qui Fratres sint foris, qui vero domi, mandamus sub poena grauis culpæ, ne quis extra Conuentum egredi audeat per fores Ecclesiæ, vel per alias, sed solum per commune ostium: in quo tabula collocetur, nomina & cognomina omnium Fratrum Conuentus continens, in qua aliquo signo notet, Fratrem domum egredientem, vel regredientem, ut sic Ostiarius de quæstis Fratribus rationem reddere queat.

22 Præcipimus in virtute Spiritus sancti & sanctæ obediencie, sub formali præcepto, & sub poena excommunicationis latæ sententia, vna hac pro trina canonica monitione præmissa, Patribus Prioribus, seu principalibus Præsidentibus, & Depositarijs Conuentuum, vel locorum, qui pensiones, census, redditus, vel alia bona solutioni quindennij obnoxia possident, ut singulis annis trigesimam partem census, vel redditus, vel pensionis in deposito communi in quadam capsula ad hoc destinata deponant, & conseruent, donec quindennio completo absque Conuentus grauamine soluant cui soluere tenebuntur. Mandamus autem sub eodem præcepto & censura omnibus supradictis, ne prædictam coaceruatam pecuniam quouis titulo, vel quæsto colore, etiam ratione mutui, possint tollere, vel expendere in alios usus, præterquam ad solutionem quindennij.

23 Omnes pecuniae, & alia quavis ratione Fratribus nostri Ordinis, maxime Prædicatoribus, & Confessariis elargita, quam primum Prælatis suis realiter, & vere consignentur, & tradantur sub poena proprietariis debita. Ex quibus poterit Prælatus (si iustum iudicauerit) aliquam partem Prædicatori, vel Confessario, iuxta eius indigentiam dare. Qui vero ad pauperiem parentum, vel propinquorum subleuandam, maiori eleemosyna indigerint, à Patribus Provincialibus facul-

Ad quindennium soluendum reponatur pecunia.

*Pecunia &
alii Predica
toribus & Co
fessariis tra
dita Prelati
cito consi
gnentur.*

tatem petant; qui liberales erga indigentes se exhibeant, præcauendo semper, ne Fratres nomine parentum petita, in suos usus expendant.

*Depositorum
locus, liber,
& modus,
&c.*

24 Circa depositum ordinamus, ut in quolibet Conuentu, & loco designetur aliquis locus fortis, & securus, quod Depositum commune appelletur, eius clauem habeat semper Pater Prior, vel principalis Præsidens Conuentus, in quo Deposito constituatur arca fortis, quæ tribus seris claudatur: huius claves habeant singuli singulas, videlicet, Pater Prior vel Præsidens principalis Conuentus, & duo Patres Depositarij moribus, & fidelitate probati, quos maior pars Patrum à Con filijs adhoc munus aptiores esse iudicantes, elegerint. Et in predicta arca omnes Conuentus pecuniae deponentur, & asservabuntur lege & modo inferius præfigendis.

25 Singulis hebdomadibus, vel mensibus ad predictum depositum conueniant Pater Prior, & duo Depositarij, quibus Syndicus, Procurator, Sacrista, & alij ad quos ratiocinatio Conuentus quoquomodo spectant, rationem reddant de receptis hebdomadae vel mensis præteriti. Præcipimus autem in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obdientiæ Sacristis, ut nihil eorum quæ recipiunt, expendere audeant, neque etiam sub prætextu adornandæ Ecclesiæ, vel Musicae, vel alia occasione, absque licentia Patris Prioris. Insuper sub eodem formali precepto mandamus omnibus Fratribus, ut quascumque eleemosynarum pecunias, tam ad Missas celebrandas, quam quauis aliqua ratione (prætextu tamen eleemosynæ Conuentus erogatas) eis traditas, infra spacium 24. horarum Patris Sacristæ consignent, nec apud se retineant.

26 Quoniam longa Syndicorum in suo Officio perduratio Conuentibus damnosa sæpe esse solet, mandamus ut nullus Syndicus possit in eodem Officio perdurare plusquam per biennium, quo completo, ipso facto à prædicto Officio sit absolitus, nec ad illud ante biennium eligi possit, sine licentia Reuerendi admodum Patris Provincialis, & præmissa noua electione maioris partis vocalium Conuentus. Cui quidem

Syndi-

Syndico nunquam concedatur facultas acceptandi pecunias, quæ ad extinctionem censuum erogari solent. Qui etiā teneatur singulis hebdomadibus, vel mensibus ad summum rationem reddere Patri Priori, & Depositarijs de omnibus receptis, & pecunias omnes deferre ad Depositum, ut ibi in arca deponantur, & custodiantur, vnde non poterunt extra hi, nisi in præsentia Patris Prioris, & Depositariorum, & statim in libro maiori scribatur, in quos usus expendantur. NB
 lumen autem quod Syndicus nullas pecunias expendere possit, nisi prius importatæ fuerint ad Depositum, & inde sibi fuerint consignatae à Patre Priore & Depositarijs. Quod si aliter fecerit, poenæ proprietarij ipso facto subiaceat. Liber maxinus in arca Depositi custodiatur, à qua non possit abstrahi, nisi in præsentia Patris Prioris, & Depositariorum, nec inde aliò asportetur ullo tempore, præterquam visitationis R. A. P. Provincialis; & tunc ad eius cellam poterit deportari, ut omnia ratiocinia possit intueri. In quo libro ex una parte scribantur omnia recepta, tam Syndici, quam Sacristæ, quam aliorum, ita ut nihil in Conuentu recipiatur, quod in prædicto libro non scribatur; ex alia autem parte omnes expensæ referantur, ut sic tempore ratiocinijs collatio fiat receivedi & expensi, & cognoscatur an bona Conuentus recte fuerint administrata.

27 Cum sæpen numero in graue Conuentuum detrimentum soleant Priors facile licentiam alienandi bona temporalia peterè, volumus & præcise mandamus, ut nulli Domui, vel Conuentui umquam liceat à Superioribus licentiam petere alienandi, vel commutandi quævis bona stabilia, quin prius in visitatione Provincialis vel Visitatoris, habito præmaturo Patrum consilio, & assensu duarum partium Fratrum Conuentus, ita expedire iudicatum fuerit.

28 Nulli in posterum dentur vestes in pecunia numerata, sed secundum Fratris indigentiam, & Conuentus possibilitatem de vestibus prouideatur. Præsidentes vero Conuentu sub poena absolutionis ab Officio infra sex menses à notitia

Alienandi
bona quomo-
do licentia
sit petenda.

Vestes non
dentur in pe-
cunia nume-
rata.

præ-

30

præsentium de tunicellis & linteaminibus laneis suis Fratribus prouideant.

29 Districtè præcipimus sub pœnis in nostris Constitutio- bus contentis, ne Fratres cartis vel taxillis ludant, omnibus Præsidentibus mandantes sub poena absolutionis ab Officio, vt quos culpabiles inuenerint, dictas pœnas subire cogant.

30 Quoniam ex mandato felicis recordationis Clementis Octauii in solemnissima sancti Raymundi canonizatione (vt potest quæ prima in Ecclesia noua sancti Petri pomposissime adornata, facta est) multa fuerunt expensa, & debita necessario contracta, quorum interesse adhuc currit; visum est inter omnes Preuincias debita dumtaxat distribuere iuxta vniuersitatem possibilitatem: omne autem interesse discursum, & in posterum discursurum imponimus Conuentui sanctæ Catharinæ Martyris Barcinoneñ. Ciuitatis: quare in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ sub formali præcepto mandamus omnibus RR.A. PP. Prouincialibus infra scriptis (nam alias Prouincias tamquam desolatas & pauperes à tali solutione releuamus) vt infra spatum duorum annorum, quolibet videlicet anno dimidium soluant, & mittant quod infra dicetur, ad R. A. P. Vicarium Generalem nostrum, vel ad quem ipse iniunxerit.

31 Cumque R. P. Magister Frater Thomas Maluenda ex mandato Reuerendissimi summa diligentia vniuersalem nostri Ordinis Historiam (cuius tantopere Religio nostra indiget) magnis apparatus auspicetur, iustum est, vt ad eius sustentationem aliquid prouideatur, quare sub eodem præcepto formaliter mandamus omnibus eisdem Prouincialibus, vt Romam ad ipsum mittant singulis annis, donec perficiatur Historia, contributiones infra scriptas.

Ad debita pro canonizatione soluen- *Pro Historia Ordinis cōstruē-*
da scuta auri in auro. *da scuta auri in auro.*

Prouincialis Hispaniæ. 200 15

Lombardia. 200 15

Romanæ. 110 7

Regni.

Regni.	176	11
Poloniæ.	88	6
Aragoniacæ.	187	12
Trinacriæ.	180	14
Portugalliacæ.	132	8
Bæticæ.	190	14
Sancti Thomæ.	165	10
Calabriæ.	165	10
Sancti Iacobi de Mexico.	250	10
Sancti Ioannis Baptiste del Peru.	338	20
Sancti Vincentij de Chiapa.	150	10
Sancti Antonini de nouo Regno.	150	10
Sancti Dominici.	104	7
S.Catherinæ Martyris del Quito.	140	6
Occitana.	88	6
S.Hippolyti Martyris de Oaxaca.	250	10
Sancti Petri Martyris.	70	5
Aprutina.	70	4
Congregatio Indiarū Orientalium.	55	4

Præcipimus igitur in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ sub formali præcepto, RR.PP. Priori, & Depositarijs Conuentus sanctæ Catherinæ Martyris Barcinoneñ. vt quam primum poterunt soluant creditoribus omnia debita, & interesse eorum, quæ ob rationem supradictā fuerunt contracta: quæ vt melius, & promptius exequi possint, concedimus prædicto Conuentui licentiam suscipiendi ad censum illam pecuniarum summam quam extinguendis debitibus iudicauerint sufficere. Mandantes eisdem Patri Priori, & Depositarijs pro tempore existentibus, sub eodem præcepto formali, & sub poena excommunicationis latæ sententiæ, vt pecunias à Prouincij suo tempore receptas in nullo alio expendant, nisi in redimendis, & extinguendis eisdem censibus.

32 In Prouincia Franciæ ad eius petitionem ordinamus *Pro Prouincia Francia.* Nouitij commorentur in Dormitorio Sacerdotum, sed se paratum locum habeant, vbi simul religiose sub cura Magistri Noui-

Nouitiorum eduentur. Nec recipientur ad habitum, nisi in certo numero determinato, iuxta domus facultatem. Nec licet in omnibus Galliae Prouincijs cuicunque Fratri cuiusvis sit gradus, & conditionis eos, vel eorum aliquem in proprijs cameris retinere, & ad particularia obsequia deputare.

Pro Prouincia Lombardia.

33 In Prouincia Lombardiae ordinamus, ut Studentes eiusdem, qui in Studio Bononiensi non sunt assignati, ad Lectoratum promoueri minime possint, nisi sacram Theologiam, saltem per quadriennium audierint; qui vero ad prædicandum erunt admittendi, ad minus per triennium. In eadem Prouincia ordinamus; ut in posterum Lectores quicumque ac Prædicatores extra studium Bononiense, siue in Conuentibus eiusdem Prouinciae, siue in Studijs Generalibus aliarum Prouinciarum facti, nullis titulis, ac priuilegijs gaudere possint, nisi prius fuerint in Studio Bononiensi rigorose examinati, & approbati.

Pro Prouincia Romana.

34 In Prouincia Romana ad eius petitionem ordinamus, ut in posterum numerus Magistrorum in Prouincia receptorum sit denarius, & numquam possit hic numerus augeri, nisi occasione Magistrorum, qui in futurum fient in Studio Perusino, secundum consuetos Studiorum gradus & non aliter. Et hi omnes Magistri in Prouincia recipiendi, non recipientur, nisi prius per decenium perlegerint, tam artium cursus, quam etiam Theologiam per quatuor annos in aliqua Vniuersitate, computando in hoc decennio duos annos Magisterij Studij. Et à maiori parte Definitorum & Patrum Prouinciae, in Capitulo Prouinciali existentium, acceptari debeant. Et qui aliter quocumque modo directe, vel indirecte ad hunc gradum assumpsitus fuerit, nisi statim renunciauerit, sit ipso facto priuatus omnibus gradibus, & Officijs, & sit omnino inhabilis in perpetuum ad hunc gradum obtainendum. Nullo modo in eadem Prouincia in posterum instituantur, vel assignentur Lectores pro futura lectione (ut dicunt:) & si huiusmodi assignationes fiant, sint omnino inqualidæ: fiant igitur Lectores, qui ad minus quatuor discipulos habeant, & non aliter.

Non

Non assignentur Studentes formales tam in Studio Romano, quam Perusino, nisi secundum peritiam, & litterarum sufficientiam, nec inde amoueantur, vt fiant Lectores, ante expletum triennium in altero, vel vtroque Studio: vtrumque autem Studium tam Capitulo Prouinciali, quam Prouinciali, quam etiam Prioribus suis sit subiectum.

35 Ordinamus, & mandamus omnibus Fratribus Prouinciae Theutoniæ extra ipsam quomodocumque commorantibus, vt ad suam Prouinciam statim reuertantur, exceptis illis, qui nondum tempus sui studij perfecerunt.

36 Pro Prouincia Poloniæ ordinamus, vt nulla vñquam petitio à quibuscumque in præiudicium eiusdem Prouinciae, aut Conuentus, vel alicuius personæ impetrata valeat, nisi fuerit à Capitulo Prouinciali proposita & approbata.

Item ordinamus in eadem Prouincia, vt Studentes formales, qui ad alias Prouincias mittuntur, expleto tempore sui studij, non discurrant per Conuentus aliarum Prouinciarum, sed statim ad suam reuertantur, sub poena inhabilitationis ad gradus in Ordine consequendos.

In eadem Prouincia ad suam petitionem ordinamus, vt deinceps Capitulum Prouinciale celebretur Dominica, Deus qui errantibus iuxta morem plurium Prouinciarum, quare prorogamus tempus Prouincialatus P. Magistri Alberti Seccouij vsque ad prædictam Dominicā anni 1607. Et Prioratum Prioris Conuentus Lublinensis, in quo celebrandum est Capitulum electionis futuri Prouincialis, vsque ad dictum Capitulum inclusiue etiam prorogamus.

37 In Prouincia Mexicana cum paucissimus sit numerus filiorum Hispaniæ, ordinamus, vt electio Prouincialis alternatiue fiat ex natis in Hispania, siue sint filii Prouinciarum Hispaniæ, siue filii Prouinciarum Indiæ, & ex natis in Indijs: quod si aliter fiat, ipso facto electio sit nulla, & inanis, non obstante ordinatione Capituli Generalis Romæ proximè celebrati.

Item in eadem Prouincia ordinamus ad petitionem eiusdem,

*Pro Prouincia
cia Theutonie.*

*Pro Prouincia
cia Poloniae.*

*Pro Prouincia
cij Indiarum.*

dem, quod qui fuerint Vicarij vnius domus, vel plurium per spatum quatuor annorum, vacent per duos annos, vel saltem per vnum integrum ad minus. Item ordinamus ad petitionem eiusdem Prouinciae, quod Definitores Capituli Prouincialis, vel intermedij, non sibi assumant, vel accipiāt Vicarias, præter illas, quas habebant antequam in Definitores eligerentur, dummodo quatuor anni non fuerint completi: quod si contrarium factum fuerit, totum sit irritum, & inane. Ordinamus etiam ad petitionem eiusdem Prouinciae, quod Vicarijs vacantibus, & vocem habentibus, ante celebrationem Capituli non possit R.A.P. Prouincialis assignare Vicarios, nisi de consilio sex Patrum Prouinciae, & ex assensu maioris partis eorum.

38 In Prouincia sancti Petri Martyris ordinamus, ut nullus Lector, tam eiusdem, quam alterius Prouinciae possit in ea habere lectionem actualem, nisi prius examinatus, & approbatus fuerit per Moderatores Studij sancti Eustorgij Mediolani.

*Pro Prouincijs India-
rum.*

39 Ordinamus in Prouincijs Indianarum, & in primis mandamus in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ sub formali præcepto omnibus Fratribus curam Indorum habentibus, quos Doctrinantes vocant, ne permittant quascumque mulieres ingredi domos suas: quod si necesse fuerit eas alloqui, id in Ecclesia, & publice solum fiat.

40 Item ordinamus sub poenis proprietarijs debitiss, ne Fratres ludant cartis, tabulis, neque per inolis nummos, vel pecunias maxime in præsentia sæcularium.

41 Item mandamus sub poena suspensionis ab Officio per tres menses RR. A. PP. Prouincialibus ne in illis partibus, in quibus Doctrinantes soli commorari consueuerunt, quemquā minoris ætatis quam quadraginta annorum in Doctrina Indorum permanere, vel habitare permittant.

42 Item mandamus in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, sub formali præcepto omnibus RR. A. PP. Prouincialibus, Prioribus, & alijs quibuscumque, ad quos quoquomodo

modo pertinere poterit, ut singulis annis dimidium Synodorum (quas dicunt) inuestiant, & expendant ad census perpetuos emendos, vel possessiones, ad sustentationem Conuentuum, prout melius iudicauerint expedire. Alteram autem dimidiā partem expendant in ædificatione, & fabrica Conuentuum magis indigentium.

43 Mandamus, quòd Patres Definitores Capituli Prouincialis proxime celebrandi, cum alijs quatuor Patribus antiquioribus eiusdem Capituli, assignent, & taxent, iuxta necessitatē illarum Regionum, contributiones Prouincialibus necessarias, ut se sustentare valeant, ea moderatione qua decet Religiosos, & maxime Prælatos, qui paupertatis & bonorum omnium exemplum se præbere tenentur; declarantes, & volentes, quòd eleemosynæ, quæ à Maiestate Regia quotannis dantur pro vino ad celebrationem Missarum, & oleo pro lampadibus, ad Conuentus omnino pertineant pro quibus dantur, & in eorum necessitatibus expendantur: sicut nos quoque ita fieri, & non aliter, mandamus.

44 Quia radix omnium malorum est cupiditas, quam radicitus è Fratrum nostrorum cordibus euellere cupimus, mandamus, & præcipimus omnibus Fratribus, qui Doctrinis Indorum, & Aethiopū quoquo pacto inseruiunt, in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, & sub præcepto formalī, necnon sub poena excommunicationis latæ sententiæ, hac una pro tria canonica admonitione præmissa, ne quis ipsorum audeat sub quoquis prætextu, per se, vel per alium, aut alios, directe vel indirecte mercaturam facere, nec ad hunc finem aliquid emere, vel vendere, præter proprio victui, vel vestitui necessaria, præcise, & non aliter: statuentes, & declarantes, sub eodem præcepto, & poena, quòd ex redditibus, & oblationibus Fratribus in talibus Doctrinis occupatis tantum dentur victui, & vestitui necessaria (de quibus habeant librum rationis, quam & reddere teneantur suis particularibus Prælatis) & etiam ad emendum libros, quæ omnia eam mensuram, metamque suscipiant, quam sibi præfiniet vniuersusque pro-

prius Prælatus. Reliquum autem Regiæ prouisionis, vel oblationum, quod supererit, totum instruendæ fabricæ Conuentum, & emendis censibus præsenti hac nostra sanctione applicamus, & applicatum esse decernimus, & determinamus, iuxta p̄fissimam mentem sacræ Catholice Regiæ Maiestatis auferentes omnem auctoritatem à RR. A. PP. Prouincialibus, & omnibus alijs Conuentuum Prælatis pro tempore existentibus, concedendi licentiam Fratribus quibusuis ad habendam in deposito magnam nummorum quantitatem, vel aliter quam in hoc Capitulo ordinatum est.

45 Mandamus insuper in eisdem Prouincijs, vt nullo pacto duo carnales fratres sibi inuicem succedant in Prioratibus tam Prouincialibus, quam Conuentualibus: quod si oppositum fiat, electio sit nulla, & irrita, sicut de facto irritam, & nullam decernimus & declaramus.

46 Interdictum sit eisdem Prouincialibus mittere fratres suos carnales Procuratores in Hispaniam, vel Definitores Capitulorum Generalium, irritam, & nullam decernentes talēm fratrū electionem, si contra hanc nostram ordinacionem fiat.

47 Mandamus omnibus Prouincialibus, eorum conscientia aggrauantes in diem Christi, vt in tempore suorum Prouincialium bis ad minus suos visitent Conuentus.

Pro Insulis Fortunatis. 48 Ordinamus, quod si in Insulis Fortunatis mori contigerit Vicarium Prouinciale ante completum tempus sui Vicariatus, tres antiquiores Patres ex commorantibus in omnibus Insulis qui in Conuentu in quo ipse est vita deceperit, tunc se repererint, statim eligant aliquem ex grauioribus Patribus in dictis Insulis degentem in Vicarium Prouinciale, qui vi-ces demortui in omnibus habeat, donec Prouincialis Prouinciæ Bæticæ, aliter prouiderit.

Pro Regno Sardinia. 49 Ordinamus, quod si in Regno Sardiniae mori contigerit Vicarium Generalem ante completum tempus sui Vicariatus, tres antiquiores Patres, qui in Conuentu Castri Calle-ris se repererint, siue sint assignati in illo Conuentu, siue in alijs

alijs eiusdem Regni, eligant aliquem ex grauioribus Patribus in dicto Regno commorantem in Vicarium Generalem, qui vices demortui in omnibus habeat, donec Prouincialis Provinciæ Aragoniæ aliter prouiderit, non obstantibus incontrarium quibuscumque.

A D M O N I T I O N E S.

Admonemus in primis omnes verbi Dei Prædicatores, vt inter alia deuotionis exercitia commemorationem sanctissimi Rosarij, Fidelium auribus saepissime ingerant, quantum fieri poterit, pium hoc institutum fouentes; ad deuotionem Beatissimæ Virginis Mariæ populos excitantes, ac beneficia ab ipsa collata omnibus Fidelibus sanctissimo Rosario affectis recolentes, miracula explicantes, & qui in hoc fuerint negligentes, per unum vel duos menses priuentur Oficio prædicationis, arbitrio suorum Prælatorum, qui in Capitulis quotidianis sibi subditos de prædictis admonere teneantur. Concedentes ad deuotionem eiusdem Beatissimæ Virginis Mariæ augendam, vt Societas sanctissimi Rosarij possit erigi, & fundari in omnibus Oppidis, quæ fuerint inter se distincta, quamvis ab inuicem per milliarium non distent; quod etiam concedimus de Societate sanctissimi Nomini Dei.

2 Admonemus omnes Patres Prouinciales, & Prælatos Ordinis nostri, eorum conscientiam in diem Christi aggrauantes, vt suarum Prouinciarum, & Conuentuum reformationi diligentissime inuigilent, totis viribus procurando, vt Constitutiones nostræ seruentur, præcipue vero de sequela Chori, de carnibus non comedendis, de lineis ad carnes non utendis, de ieunijs, de silentio, debitibus poenis transgressores puniendo, secundum tenorem earundem nostrarum Constitutionum: quare admonemus omnes, vt in conuersationibus maximè cum saecularibus, in gestu, habitu, & in omnibus alijs motibus nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod

Deuotio S. Rosarij promovetur.

Reformatio ni: Prelati intendant.

quod veros Patris nostri sanctissimi Dominici filios deceat.

*Ad Capitu-
la Generalia
Prouinciales
profiscetur.*

3 Admonemus omnes Patres Prouinciales pro tempore, ut ad Capitula Generalia Prouincialium, personaliter se conferant, nisi legitimè fuerint impediti, de cuius impedimenti causis tenebuntur Reuerendissimum Patrem nostrum Generalem quamprimum poterunt, certiores facere, sub pœna suspensionis ab Officio per tres menses.

*Predicatores à questioni-
bus peccati
originalis, in
Festo B. Vir-
ginis se absti-
neant.*

4 Admonemus omnes verbi Dei Concionatores, & illis strictè mandamus, ut Summorum Pontificum decreta circa Sanctificationem, vel Conceptionem Beatae Virginis Mariæ inuiolabiliter obseruent, & in Concionibus eiusdem Festiuitatis à questionibus de peccato originali abstineant, caueantque ne inter concionandum quidquam dicant, quod pias aures offendere possit, sed fiant Conciones de laudibus eiusdem sanctissimæ Virginis.

*Prouinciales Aragonie ad
Baleares in-
sulas se con-
ferant.*

5 Admonemus Reuerendum admodum Patrem Prouinciam Aragonie pro tempore existentem, ut saltem semel in suo Prouincialatu ad Insulam Maioricarum visitandam profratrum ibi degentium consolatione personaliter se transferat.

RE V O C A T I O N E S,

1 IN Prouincia Aprutina reuocamus, rescindimus, & annullamus conuentionem factam inter Conuentum sancti Vincentij, & Iesu Mariæ, & Fratrem Angelum Horabona circa legatum factum à patre suo Conuentui, in quo ipsum morari contigerit, vt pote contra dispositionem testatoris factam.

2 Reuocamus ad Prouinciam Poloniæ ex Studio Parisien si Patrem Fratrem Andream Radauecium de Conuentu Cra couiensi, Patrem Fratrem Luçam de Conuentu Postnanien si, & Fratrem Gregorium Sarnicum ex Neapoli ad suam Prouinciam.

ACCEPTATIONES.

Acceptamus ordinationem factam in Præcedenti Capitulo ex mandato felicis recordationis Papæ Clementis Octauii, qua prohibetur, ne titulares Prouinciales vlo modo creentur, excepto Prouinciali Terræ Sanctæ, nec vocales Electores: quod si contigerit constituere in aliquibus Provincijs quasi desolatis, habentibus tamen aliquos Conuentus, aliquem Prouincialem, qui non sit illius Prouinciae filius, sic volumus prouidere in hac parte, ne sint duo Prouinciales harum Prouinciarum vnius eiusdemque Prouinciae. Idem dicimus de Definitoribus, si pro illis Provincijs constitui debeant: ita denique ut alicuius Prouinciae ultra tria vota, non possit superaddi ex quacumque causa, nisi tantum vnum votum pro Capitulo Generali.

2 Acceptamus item illam, ex mandato eiusdem Clementis Octauii, ne fiant affiliationes de uno Conuentu in alium ex quacumque causa, sed tantum maneant filij Conuentus qui ibidem professionem emisserunt. Item illam, Ne duobus mensibus ante tempus electionis Prioris vllæ fiant assignationes, vel reuocationes; addentes, quod si factæ fuerint, Fratres sic assignati non habeant vocem in quavis electione illius Conuentus, donec aliquis fuerit confirmatus.

3 Acceptamus ordinationem ab eodem Pontifice editam sequentis tenoris: Nulos Fratres Romam venire Superiores permittant, nisi prius à Generali dumtaxat licentiam in scriptis impetraverint; si quis autem sine huiusmodi facultate Romam venire præsumperit, voce actiua & passiua biennio priuatus existat, subiturus etiam alias arbitratu Superiorum infligendas poenas, quæ etiam omnia aduersus eos, qui superdictos admiserint, & receperint, sine vlla exceptione locum habeant. Inter poenas autem arbitrarias, hanc idem sanctissimus Pontifex expressit, Ut huiusmodi Fratres in carceribus per sex menses detineantur; prohibetque ne huiusmodi poenæ possint ab eorum Superioribus remitti, cum ea-

*Non creeretur
titulares Pro
vinciales, &
Definidores.*

*Non fiat af
filiationes.
Non fiat assi
gnationes.
duobus men
sibus ante ele
ctionem.*

*Venientes Ro
mam absque
licentia pu
nientur.*

rum dispensationem, & relaxationem sua Sanctitas sibi reseruauerit.

Pro Prouincia Lombardia. 4 Acceptamus in Prouincia vtriusque Lombardiae filiationem Fratris Francisci de Genua Conuersi, proprium Conuentum non habentis, pro Conuentu sancti Dominici de Genua, de consensu filiorum dicti Conuentus.

5 Acceptamus ad omnes & singulas gratias Ordinis nostri, singularem benefactorem eiusdem, & nostri Ordinis, Illusterrissimum D.D. Archiepiscopum Senonensem, Primatem Galliarum, magnum Franciae Eleemosynarium.

Pro Prouincia Occitana. 6 Acceptamus pro Prouincia Occitana Breue felicis recordinationis Clementis Octaui, Datum Romae die 15. Nouembris 1604. pro reformatione Conuentuum, quo præcipitur, vt omnes Fratres illius Prouinciae debitam obedientiam præstent, tam Magistro Generali, quam Prouinciali illius Prouinciae modernis, & pro tempore existentibus, & vt Studium Tolosæ pro vniuersa Prouincia denuo insituatur.

Pro Prouincia Hispaniae. 7 Acceptamus in Prouincia Hispaniae Domum Iesu Mariæ de Valuerde, & ad petitionem eiusdem Prouinciae erigimus in Prioratum; cui præficiimus, & Priorem instituimus Patrem Fratrem Ioannem Sayner, non obstantibus in contrarium quibuscumque.

8 Acceptamus in eadem Prouinciae Conuentum Monialium in Oppido de Pinto ab Illustri admodum domino Petro Pacheco fundatum, maximè laudantes, & approbantes eius zelum, & desiderium quo optat Constitutiones nostras ad amissim, & rigorose in eodem Conuentu à Monialibus observari; quare mandamus prædictis Monialibus, vt eas in toto rigore, & eo modo quo à Beatissimo P.N. Dominico fuerunt factæ, custodiant, nec dispensationem admittat; nullis tamen nouitatibus & singularitatibus contra vel præter easdem Constitutiones admissis.

In Prouincia Polonia. 9 Acceptamus in Prouincia Polonia Conuentus Ionouiensem, Seynensem, Varsauensem, & eorum erectiones in Prioratus, & loca Mereez, & in Zarlicin.

10 Acceptamus in Prouincia Aragoniæ Prioratum B. V. Mariæ de Loreto, Oppidi de Sineu, & Prioratum S. Illefonsi in Ciuitate Cæsaraugustana, concedentes dicto Conuentui, vt possit celebrare Festum S. Illefonsi sub Toto Duplice, & cum Octauis solemnibus: & Domum S. Magini, & Domum S. Raymundi, & Domum B. Dominici Oppidi de Inca.

In Prouincia
Aragonie.

11 Acceptamus in Ciuitate Mexicana foundationem Collegij S. Dominici de Portacæli, & instituimus in Studium generale, post cuius absolutam erectionem, & sufficientem sustentationem Studentium, & Lectorum, committimus R. A. Provinciali, & Definitoribus, vt possint nominare, instituere, & creare primum Rectorem, qui habeat vocem in electionibus. Item erigimus in Conuentus, & Prioratus secundum priuilegia illius Prouinciae, Domos nostras B. Mariæ pietatis de Atlexuca, Sancti Ioannis Baptiste de Cuyoacan, S. Dominici de Yzucan, Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli de Tepozcólula. Acceptamus etiam in eadem Prouincia in Ciuitate Guadalaxaræ foundationem Conuentus B. Mariæ de Rosario, eumdemque erigimus in Prioratum.

In Prouincia
Mexicana.

12 Acceptamus ad beneficia & gratias totius nostri Ordinis, tam in vita, quam in morte, Illustrissimum, ac Reuerendissimum D. D. Ioannem de Azeuedo Episcopum Vallisoletanum, supremum Fidei Inquisitorem in Regnis Hispaniarum: ac supremi Senatus Consiliarios, omnesque Apostolicos Inquisidores, & eorum milites Cruce signatos Ordinis militiae Iesu Christi.

CONCESSIONES.

Concedimus Reuerendiss. Patri Confessori potentissimi Hispaniarum Regis Catholici pro tempore existenti locum super omnes Fratres, etiam Prouinciales: excepto Provinciali Prouinciae in qua se repererit.

Locus Reuerendiss. Confessoris Regis Hispaniarum.

2 Concedimus in Prouincia Hispanie Studio nostri Conuentus S. Pauli Vallisoleti, vt sit Vniuersitas, sicut de facto in

Pro Prouincia Hispanie.

Vniuersitatem erigimus, cum omnibus gratijs & priuilegijs,
quibus aliae Vniuersitates eiusdem Prouinciae gaudete solēt.

Pro Prouincia Tolosana & alijs. 3 Concedimus Prouinciae Tolosanæ, Theutoniæ, Bohemijæ, Prouinciae, propter indigentiam Patrum ad regimen idoneorum, ut Piores possint ultra triennium in Officio Prioratus perseuerare, si tamen Patribus Prouincialibus ad reformationem id conducere vñsum fuerit: quorum conscientias super hoc aggrauamus.

Pro Prouincia Francie. 4 Concedimus in Prouincia Franciæ P. Priori Conuentus Santonensis, vt possit concedere aliquam terræ portionem, iuxta dictum Conuentum, cuidam Domino ad constructionem cuiusdam Collegij, seu Studij, accidente tamen prius consensu R.P. Prouincialis Franciæ, cum prædictus Dominus velit Lectores eiusdem Collegij, vel Studij, ex Ordine nostro dumtaxat assimi.

Pro Prouincia vtriusque Lombardie. 5 Concedimus Prouinciae vtriusque Lombardiaæ ad eius petitionem, vt Bacchalaurei Studij Bononiensis possint esse biennales, dummodo elegantur hi, qui sacram Theologiam sex annos antea legerint, sicutque eruditiores, & in moribus, & religione magis conspicui.

Pro Prouincia Romana. 6 Concedimus Prouinciae Romanæ, vt sequens Capitulum sit biennale, & non fiat dieta intermedia.

Pro Prouincia Polonie. 7 Concedimus Prouinciae Poloniæ ad eius petitionem, quod possit modernum Prouinciale, Magistrum videlicet Fratrem Albertum Secouium, expleto sui Prouincialatus Officio ad idem munus reeligere; quem & Capituli pro eleccione celebrandi Vicarium instituimus, & præfata Prouinciam regere volumus, quo usque Prouincialis eligendus à Reuerendissimo Patre Generali fuerit confirmatus, & hoc pro hac vice tantum. Concedimus etiam eidem Prouinciae, vt numerus Magistrorum sit denarius, cum multa de nouo Studia consurgant in illa Prouincia. Cui etiam concedimus, vt Octauas S. Hyacinthi, nisi aliter impedianter, possit solemniter celebrare.

Pro Prouincia Aragonie. 8 Concedimus Prouinciae Aragoniæ, vt electio Prouincialis ad

lis ad solitum tempus reducatur , quare prorogamus tempus Prouincialatus A.R.P.F.Bernardi Sarriæ , vsq; ad Dominicā , Deus , qui errantibus . Anni 1606. Item concedimus in eadem Prouincia , Conuentibus Regni Valentiæ , vbi Festum pretiosissimi Sanguinis Christi colitur , vt possint illud sub Toto Duplice celebrare .

9 Concedimus A. R. P. Prouinciali nostræ Prouinciaæ Trinacriæ , vt iterum recipere possit ad habitum eos , qui propter delicta , illo priuati fuerunt : habitis tamen priùs debitis de eorum emendatione informationibus .

10 Concedimus Prouinciaæ Germaniæ Inferioris , vt possit erigere Collegium in Conuentu nostro Antuerpiæ . Cui etiā ad eius humilem petitionem concedimus , vt per decennium contributiones Reuerendissimo debitas , non soluat propter summam eius inopiam .

11 Concedimus Prouinciaæ Calabriæ , vt numerus Bacchalaureorum sit denarius .

12 Concedimus Prouinciaæ S. Iacobi de Mexico , vt eius Prouincialis postquam Officium Prouincialatus expleuerit , perseueret in regimine dictæ Prouinciaæ , vsque ad Dominicam quartam post Octauas Paschæ immediate sequentem , titulo Vicarij Generalis . Eadem etiam concedimus Prouinciaæ , vt Conuentus Ciuitatis Angelorum erigatur in Vniuersitatem , sicut de facto erigimus .

Concedimus etiam Domui nostræ S. Dominici de Tepexic eiusdem Prouinciaæ , vocem in electionibus habere .

13 Concedimus Prouinciaæ S. Catharinæ de Senis , vt numerus Magistrorum sit quinarius , Bacchalaureorum quaternarius , & Prædicatorum Generalium sit binarius .

14 Concedimus Prouinciaæ Prouinciaæ , vt possit applicare pro erectione Studij generalis in Conuentu Aquensi , prout nunc applicamus , redditus Conuentuum desolatorum , vide licet Conuentuum Nemausen . Alesti , Mariologij , Diensis , Millaudi , & Arausican , & hoc per spatium dumtaxat decem annorum .

Pro Prouincia Trinacria .

Pro Prouincia Germanie inferiори .

Pro Prouincia Calabria .

Pro Prouincia Mexicana .

Pro Prouincia Aprutina .

Pro Prouincia Prouincie .

15 Concedimus Vicario Prouinciali Insularum Fortunata-
rum locum & Fidelium super omnes Fratres, & Prælatos illa-
rum, durante dumtaxat suo Officio.

16 Concedimus eisdē Insulis, vt ex eorum filijs possint fieri
duo Præsentati, seruatis tamen seruandis, iuxta nostras Con-
stitutiones, & Ordinationes.

COMMISSIONES.

1 **C**ommittimus Reuerendissimo Patri Magistro Ordine
nis omnia negotia Prouinciarum Indianarum, vt ipse
auditis Patribus, qui sunt per aliquot annos in illis partibus
commorati, pro sua prudentia & Religionis zelo, remedia
opportuna, secundum earumdem Prouinciarum necessitatem
adhibeat.

*R. reformatio
Prouincie Oc-
citanie com-
mittitur Re-
uerendiss.* 2 Committimus eidem Reuerendissimo Patri nostro Ma-
gistro Generali, vt reformationem in Prouincia nostra Occi-
tana incep tam foueat, & omni fauore prosequatur, mittatq.
ad illam Visitatorem, & aliquos Patres ex alijs Prouincijs in
regulari obseruantia bene instructos, qui opus laudabiliter
coepit ad Dei gloriam promoueant.

*Mittantur
Frates ad
Prouincias
desolatas, &
caſigentur
recusantes.* 3 Committimus etiā Reuerendissimo P. nostro Generali, vt
ad Prouincias desolatas subleuanandas, mittat aliquos Patres
graues, religiosos, & doctos ex alijs Prouincijs, tam Hispani-
æ, quam Italæ, qui illas iuuare possint in studijs, & regula-
ri obseruantia promouendis. Qui vero ad hoc electi, & de-
putati ire recusauerint, inhabiles omnino reddantur ad Offi-
cia Ordinis: qui vero libenter profecti fuerint, & in illis Pro-
vincijs legerint, & aliquos gradus consequuti fuerint, volu-
mus eos omnes in suis Prouincijs acceptari.

*Pro Prouin-
cia Lombar-
dia, & S. Pe-
tri Martyris* 4 Committimus, & mandamus A. R. P. Prouinciali utriusq.
ue Lombardia, vt termino trium mensum ab horum noti-
tia, consignet A. R. P. Prouinciali Prouincia S. Petri Marty-
ris, Conuentum Salutarum, aut alium illi æqualem, eidem
Prouincia S. Petri Martyris commodum, loco Conuentus

Burgi

Burgi Vallis Tarri, secundum dispositionem litterarum Patris Generalis bonæ memorie Magistri Sixti Fabri Lucensis.

5 Committimus, & præcipimus omnibus RR.A.PP. Prouin
cialibus, vt quamprimum solui procurent expensas factas à Prouincialibus, vel Socijs in itinere ad Capitulum Generale.

6 Committimus RR. A.PP. Prouincialibus, vt in suis visi-
tationibus inquirant, an in suis Conuentibus factæ fuerint reductiones Missarum, & obligationum secundum decreta
Concilij Tridentini, & vbi executioni hoc mandatum non
fuerit, quamprimum exequantur.

7 Committimus, & districtè mandamus omnibus & singu-
lis Prouincialibus, & Vicarijs respectiue, sub poena suspensio-
nis ab Officio per tres menses, vt infra spatium duorum men-
sium à notitia præsentium, mittant vnum, aut plures Patres
idoneos ad singulos Conuentus sua Prouinciæ, qui diligenter,
iuxta litteras à Reuerendissimo missas, scrutentur omnia,
quæ ad Historiam vniuersalem Ordinis deseruire possint, &
eorum copias authenticas Romanam ad Patrem Magistrum
Fratrein Thomam Maluenda, quamprimum poterint, trans-
mittant. Præcipue autem inquirant de erectionibus Conuen-
tuum, à quibus & quomodo fundati, qui viri in sanctitate,
doctrina, verbi Dei prædicatione excellentes fuerint, vel scri-
pserint.

Qui ad Episcopalem, Archiepiscopalem, Patriarchalem, &
Cardinalitiam dignitatem ex tali Conuento electi fuerint, quot annis præfuerint, & quomodo obierint.

Quot Inquisitores habuerint, quo tempore, quid quisque
illorum præclare gesserit, quomodo mortui sint.

Quæ corpora extent eorum, qui gloriose, & cum opinione
sanctitatis migrauerint, quibus in rebus præsertim excellue-
rint, quæ eorum vita, quæ mors,

Quæ præcipua miracula contigerint ob deuotionem Ro-
sarij B. Mariæ, aut per intercessionem alicuius Sancti nostri
Ordinis, vel alterius, aut contra haereticos, aut aliàs quomo-
dolibet.

*Soluatur ex-
pensa Prouin-
cialium, vel
Sociorum.*

*Reductio
Missarum.*

*Pro Historia
Ordinis con-
sideranda.*

Quot

Quot Monasteria Monialium Ordinis fuerint, & modo sint in Ciuitate, vel Loco, quot sub Ordinis, & quot sub Episcopi iurisdictione; quo tempore quodlibet eorum fundatum fuerit, & à quo vel quibus, quæ sanctitate vitæ, virtutū exemplis, & miraculorum gloria in quolibet eorum claruerint.

Procurabunt tandem intelligere sint ne aliqui Religiosi, etiam alterius Ordinis, qui cognitionem habeant aliquam rerum, quæ Religionem nostram quoquo modo illustrare, & celebrem reddere per amplius possint; vt sunt miracula viorum illustrium, vitæ laudabiles, gloriosi obitus. Et omnia in vnum diligenter congregata, ad prænominatum Magistrum Fr. Thomam Maluenda fideliter transmittere studebunt.

Pro Prouincia Styria, et Karinthia. 8 Cum Prouincia nostra Styriæ & Karinthiæ ferme defolata, ad sui instaurationem maximè indigeat filijs terræ, & lingua illius, qui in regularis vitæ obseruantia educati, & in fide & Theologia instructi Conuentus alios possint restaurare, & proximos docere, & adiuuare, maxime instante pro suo Fidei zelo, Serenissimo Archiduce Ferdinando, decernimus, & mandamus, vt in Ciuitate Gratiensi Collegium construatur, in quo Fratres illius nationis recipientur, & religiose eduentur: ad cuius ædificationem & Collegarum sustentationem volumus contribuere omnes eiusdem Prouinciaæ Conuentus, maximè vero Conuentum Noui Claustri. Committimus igitur R. A. Patri Prouinciali, vt quamprimum de graviorum Patrum suæ Prouinciaæ consilio determinet, & designet, & imponat contributiones vnicuique Conuentui pingues & sufficentes ad superiora exequenda, iuxta desiderium, & voluntatem Serenissimi Archiducis, cui valde satisfacere desideramus.

APPROBATIONES.

In Prouincia Hispania.

I **N** Prouincia Hispaniæ approbamus Magisteria Reuerendorum Patrum Fratris Didaci Aluarez, & Fratris Thomæ de Lemos, & Fratris Alfonsi de Leon.

2 In Prouincia Tolosana approbamus Magisteria Fratris Ludouici de Castes , Fratris Bertrandi Gaude , Fr. Hugonis Chaumel,& Fratris Iosephi Hybreis .

3 In Prouincia Franciæ approbamus lecturam Bibliorum R.P.F.Bartholomæi Græces .

4 In Prouincia vtriusque Lombardiae approbamus Magisteria Reuerendorum Patrum Fr. Camilli de Colurho Inquisitoris Vicentini,Fr. Cornelij Tiraboschi, Fr. Petri Mariæ de Vrgnano Inquisitoris Fauentiæ , Fr. Innocentij Ghisij Genuenfis,Fr.Pauli de Garresio, Fr.Dominici de Francatilla, Fr. Vincentij Fantutij Bononiensis, eiusdem Prouinciaæ Provincialis . Fr. Pauli Carrariæ Casalensis Prioris Comensis, Fr. Ioannis Baptiste Ghedi Inquisitoris Ferrariensis , Fr. Archangeli de Ripalta , Fr. Marci Tarterij de Cremona, Fr. Sigismundi Gonzaghæ, Fr. Michaelis Angeli de Lauda Inquisitoris Cremonensis , Fr. Augustini de Ripalta Inquisitoris Veronenfis,Fr.Pauli de Francis de Neapoli, saluis semper iuribus eiusdem Prouinciaæ .

5 In Prouincia Romana approbamus Magisteria RR. PP. Fr.Vincentij de Ciuitella,huius Capituli Definitoris,Fr. Angelii Cortesij , & Fr. Sanctis Nerlij , cum omnibus gratijs , & priuilegijs illius Prouinciaæ . Item Magisteria Fr. Dominici Landij,Fr. Vincentij Alberti,Fr.Petri Martyris Lutij,Fratris Francisci Lerinae , Fr. Petri Iustiniani , & Fr. Andreæ Iustiniani , saluis tamen iuribus & consuetudinibus illius Prouinciaæ . Item approbamus Bacchalaureatum R. P. Fr.Antonini Berti , Magisterium Studij Fratris Zanobij de Acciaiolis , Fr. Thomæ Marguttini , & Fr. Zenobij Bonaccursij : cui concedimus , vt tempus quo fuit Magister Studij in Collegio Romano,ei admittatur, ac si Perusij illud Officium exercuisset . Item approbamus Prædicaturas Generales RR.PP. Fr. Laurentij Sordini,Fr.Amantij Comparotti, Fr. Ambrosij de Vrbe,Fr.Vincentij a Villa,Fr. Archangeli Baldini, Fr.Hieronymi Rosati , Fr. Dauid de Casulis , & Fr.Hyacinthi de Tassis , saluis illius Prouinciaæ iuribus & consuetudinibus .

- In Prouincia Regni.* 6 In Prouincia Regni approbamus Magisteria RR. PP. Fr. Ioannis à Monte Coruino, & Fr. Thomæ Miglionici. Et Bacchalaureatus RR. PP. Fr. Thomæ Brandolini, Fr. Thomæ Manuel, & Fr. Dominici de Magdalono.
- In Prouincia Polonie.* 7 In Prouincia Poloniæ approbamus Magisteria RR. PP. Fr. Seuerini Tarnouieñ. & Fr. Camilli Samborien. Item Bacchalaureatum Fr. Ioannis Chrysostomi Roboicensis huius Capituli Definitoris. In eadem Prouincia approbamus prouisionem Conuentuum factam in Capitulo Prouinciali Post-nanieñ anno 1603, pro Fratribus Russiæ, manentibus in ea, Prouincia post decretum Apostolicum, exceptis duobus videlicet Fratre Blasio Lectore, cui Conuentum Gedaneñ. & Fr. Thoma Sencouia Lectore, cui Conuentum Varsanien. damus ad petitionem, & instantiam Prouinciæ.
- In Prouincia Aragonie.* 8 In Prouincia Aragoniæ approbamus Magisteria RR. PP. Fr. Thomæ Roca, Fr. Petri dela Vega, Fr. Ludouici Aliaga, & Fr. Isidori Aliaga: & in eadem Prouincia approbamus Præsentaturas RR. PP. Fr. Ioannis Contreras, Fr. Hieronymi Cucalon, Fr. Reginaldi Oliuer, & Fr. Thomæ Oliuo.
- In Prouincia Prouincie.* 9 In Prouincia Prouinciæ approbamus Magisteria RR. PP. Fr. Lucae Alemandi Prouincialis eiusdem Prouinciæ, Fr. Innocentij Berardi, Fratris Petri Pauli Passeroni, & Præsentaturam Fratris Blasij Ferrerij de Tolono. Approbamus etiam omnes contractus factos & approbatos in Capitulo Prouinciali eiusdem Prouinciæ hoc anno 1605. celebrato Edenæ.
- In Prouincia inferiori Germania.* 10 In Prouincia inferioris Germaniæ approbamus Magisterium R. P. F. Francisci Doomptij. Licentias RR. PP. Fr. Andreæ Goudain, Fr. Filiberti Fabri, Fr. Petri de Ruy: Bacchalaureatum RR. PP. Fr. Petri Vuostyne, Fr. Ioannis Renaudi, Fr. Adriani Matthæi, Fr. Ioannis Courtini: approbamusque in Regentem Primarium Louaniensem R. P. Fr. Stephanum Fone.
- In Prouincia Calabria.* 11 In Prouincia Calabriæ approbamus Magisteria RR. PP. Fr. Angeli de Gemeliano, Fr. Alphonsi de Fibari, Fratris Scipionis de Lobrano. Et Bacchalaureatus RR. PP. Fr. Hie-

ronymi de Speciano Magno, & F. Petri de Neocastro.

12 In Prouincia S. Ioannis Baptiste del Pirù approbamus *In Prouincia
Magisterium R.P.Fr. Didaci de la Torre, & Præsentaturam
R.P.Fr. Petri de Paredes Prædicatoris Generalis.* *S. Ioannis
Baptiste.*

13 In Prouincia Occitana approbamus Magisterium R.P.
Fr. Hyacinthi de Plana Conuentus Carpentoratensis, Baccha-
laureatum R.P.Fr. Thomae Saurimont Conuentus Tolofani;
Lecturam artium, & Bacchalaureatum R.P.Fr. Petri Bouquier
Conuentus Altinlaris.

14 In Prouincia S. Petri Martyris approbamus Magisteria
RR. PP. Fr. Ioannis Ambrosij Barbauarij Regentis Studij S.
Eustorgij Mediolani, Fr. Gregorij Marini Inquisitoris Noua-
riensis, & Fr. Ioannis Ambrosij de Alexandria. Item appro-
bamus Bacchalaureatus RR. PP. Fr. Cypriani Calphurnij, &
Fr. Tiberij Bermigoti.

15 In Congregatione Gallicana approbamus Lecturam
Bibliorum R.P.Fr. Gasparis Cornuel.

16 Tandem approbamus Magisteria, & Præsentaturas,
tum à Capitulo Generali Romano præterito promotorum
tum collata à Reuerendiss. P. N. Generali à dicto Capitulo
usque ad præsens.

P R O M O T I O N E S.

1 In Prouincia Hispaniæ promouemus ad Magisterium *In Prouincia
RR. PP. F. Garciam Guerra Priorem huius Conuentus
Hispaniæ.*
& Fr. Antonium de Sotomayor. Ad Præsentaturam vero
RR. PP. Fr. Franciscum dela Cueua, Fr. Didacum de la Peña,
Fr. Ioannem de Espila, Fr. Ioannem de Pereda, Fr. Ioannem
de la Puente, & Fr. Iosephum Gonzales.

2 In Prouincia Tolosana promouemus ad Magisterium *In Prouincia
RR. PP. Fr. Renatum Bolinum, Fr. Benedictum Vaquerum, &
Tolosana.*
Fr. Ioannem Bernianum, Ad Bacchalaureatum vero RR. PP.
Fr. Bertrandum Alianum, Fr. Blasium Blandinum, Fr. Stepha-
num Ducors, & Fr. Guillielmum Syeres.

- In Provincia 3 In Provincia vtriusque Lombardiae promouemus ad Magisterium RR. PP. Fr. Angelum Buzaccarinum de Pizau-ro Priorem Sanctae Mariæ de Castello, F. Celsum Ponzonum de Brixia, Fr. Michaelm Capellum Genuensem Provincia-lem Bohemiae, & Fr. Aurelium de Lauda: saluis iuribus eiusdem Provinciae.*
- In Provincia 4 In Provincia Regni, promouemus ad Magisterium RR. PP. Fratrem Petrum de Neapoli, & Fratrem Alphonsum de Auersa. Ad Bacchalaureatum autem R.P. Fratrem Innocen-tium de Madalone.*
- In Provincia 5 In Provincia Theutoniæ promouemus ad Magisterium RR. PP. Fratrem Vdalricum Goczonium, & Fratrem Baltha-farem Buchnerum.*
- In Provincia 6 In Provincia Poloniæ promouemus ad Magisterium R. P. Fr. Abraham Zobium. Ad Bacchalaureatum RR. PP. Fr. Martinum Mlodavium de Conuentu Postnaniæ. Fr. Albertum Secouium de Conuentu Iublineæ. Fr. Adamum Zaremba, & Fr. Erasmus Konuscum de Conuentu Cracovie.*
- In Provincia 7 In Provincia Aragoniæ promouemus ad Magisterium RR. PP. Fr. Augustinum Garcia, F. Petrum Ioannem Guasch, Fr. Franciscum Diago, Fr. Antoninum Domenec, F. Thomam Maluenda, Fr. Ioannem Hieronymum Cenedo, & Fr. Franciscum Quint. Ad Præsentaturam vero RR. PP. Fr. Ioannem del Valle, Fr. Ioannem Foix, Fr. Blasium Verdù, Fr. Vincen-tium Gomez, Fr. Michaelm Font, Fr. Garciam Aldotera, Fr. Ioannem Biescas, Fr. Antoninum Burguera, Fr. Franciscum Salinas, Fr. Honofrium Ferrer, Fr. Dalmatium Amat, Fr. Nar-cisum Ribes, Fr. Michaelm Nadal, Fr. Bartholomæum Reus, Fr. Petrum Selorga, & Fr. Iosephum Spi.*
- In Provincia 8 In Provincia Bohemiae promouemus ad Magisterium R. P. Fr. Dominicum Stolefert de Nipurgio.*
- In Provincia 9 In Provincia Provinciae promouemus ad Magisterium RR. PP. Fr. Antonium Vincentium de Tarascona, & Fratrem Petrum Bouetum de Barchinona. Ad Bacchalaureatum RR. PP. Fr. Cornelium de Monte, Fratrem Philibertum Por-tanum*

tanum de Buix, Fratrem Raphaelem Cotta, & Fratrem Benedictum Neco.

10 In Prouincia Trinacriæ promouemus ad Magisterium R.P. Fr. Vincentium Ismargium. Ad Bacchalaureatum, RR. PP. Fr. Decium de Genua, & Fr. Petrum Benfari.

11 In Prouincia Portugallie promouemus ad Præsentaturam RR. pp. Fr. Ioannem Aranya, Fr. Ioannem Daspouoas, Fr. Athanasium de Fonseca, Fr. Thomam de Sancto Dominico. In eadem Prouincia pro Congregatione Indiarum, Fr. Antonium de S. Dominico, & Fr. Didacum Madeyra.

12 In Prouincia Bætica promouemus ad Præsentaturam R.P. Fr. Ludouicum de la Oliua.

13 In Prouincia Germaniae inferioris promouemus ad Magisterium RR. pp. Fr. Iacobum Roucourt, & Fratrem Nicolaum de Reux.

14 In Prouincia S. Thomæ promouemus ad Magisterium RR. pp. Fr. Thomam Rubinum de Rubis, Fr. Stephanum de Vico, Fr. Thomam de Litio, & Fr. Pompeium Panerelum. Ad Præsentaturam R.P. Fr. Thomam Calo de Biteto.

15 In Prouincia Calabriæ promouemus ad Magisterium RR. pp. Fr. Antoninum de Scalciatis, & Fr. Franciscum de Serris. Ad Bacchalaureatum F. Vincentium Robinum de Sancto Georgio, Fr. Philippum de Gemiliiano, Fr. Marcum Antonium de Balnearia, & Fr. Silaestrum de Zagaresio.

16 In Prouincia Mexicana promouemus ad Præsentaturam RR. pp. Fr. Andream Ximenez, Fr. Illefonsum de Armelia, Fr. Antonium de Hinojosa, Fr. Bartholomæum Garcia, F. Nicolaum Ortuño, & F. Franciscum de Villanueua.

17 In Prouincia sancti Ioannis Baptiste del Pirù promouemus ad Præsentaturam R.P. Fr. Ferdinandum Daualos.

18 In Prouincia sancti Petri Martyris promouemus ad Magisterium RR. PP. Fr. Bonifacium de Kerio Bacchalaureum, & Fr. Basilium de Nouaria Bacchalaureum, Inquisitorem Dertonenensem.

19 In Prouincia S. Catherinae de Senis promouemus ad

*In Prouincia
Trinacriæ.*

*In Prouincia
Portugallie.*

*In Prouincia
Bætica.*

*In Prouincia
Germaniae
inferioris.*

*In Prouincia
S. Thomæ.*

*In Prouincia
Calabria.*

*In Prouincia
Mexicana.*

*In Prouincia
S. Ioannis Ba
ptiste.*

*In Prouincia
S. Petri Mar
tyri.*

*In Prouincia
Apennina.*

Magisterium RR.PP. Fr. Thomam de Castellis de Tocco, &
Fr. Antonium Fontanam de Neapoli.

- In Prouincia de Chile.* 20 In Prouincia S. Laurentij de Chile promouemus ad
Præsentaturam RR.PP. Fr. Franciscum de Riueras, & Fr. An-
tonium de Victoria.

PROVISIONES STVDIORVM.

- In Prouincia Lombardie.* 1 In Prouincia vtriusque Lombardiaæ in Studio Bononiensi damus in Regentes pro sequentibus annis RR.
A. PP. Fr. Petrum Martyrem Lucatellum de Bononia Magis-
trum, & Fr. Augustinum de Brisighela Magistrum & Com-
missarium Generalem Sancti Officij in Vrbe.
- In Prouincia Romana.* 2 In Prouincia Romana in Studio Perusino seruatis ser-
uandis, damus in Regentem R.P. Fr. Antoninum Bertum Bac-
chalaureum, quem in præsenti Capitulo ad Magisterium
promouemus. In Bacchalaureum P. Fr. Vincentium Albertū,
in Magistrum Studentium pro anno 1605. damus P. Fr. Thomam Marguttinum, & pro anno 1606. & 1607. damus Fr. Iacobum Samminiatum Licensem.
- In Prouincia Regni.* 3 In Prouincia Regni in Studio S. Dominici de Neapoli,
damus in Regentem R.P. F. Alphonsum de Auersa in hoc Ca-
pitulo ad Magisterium promotum.
- In Prouincia Poloniae.* 4 In Prouincia Poloniae damus in Regentem Studij Cracoviensis. R.P. Fr. Camillum Samborien. In Bacchalaureum R.
P. Fr. Adamum Zaremba, ad talem gradum in hoc Capitulo
promotum. De Magistro Studentium prouidebit R. A. P.
Prouincialis.
- In Prouincia Aragonie.* 5 In Prouincia Aragonie in Conuentu Barcinonae. da-
mus in Regentem R.P. Fr. Raphaelm Riphoz Magistrum, in
primum Lectorem Theologiae, qui legat pro gradu & forma
Magisterij, Fr. Antoninum Burguera Præsentatum. In Magis-
trum Studentium pro alijs diuobus annis, Fr. Chrysostomum
Bonamic. In Studio Sancti Dominici Maioricarum damus
in Regentem R.P. Fr. Franciscum Quint Magistrum : in Le-
ctorem

etorem Theologiae Fr. Michaelm Nadal Praesentatum, qui legat pro gradu & forma Magisterij : in Magistrum Studientium, Fr. Andream Serra. In Collegio Dertusensi damus in Lectores Theologiae, qui legant pro gradu & forma Magisterij, Fratrem Blasium Verdù, & Fratrem Franciscum Salinas Praesentatos.

6 In Prouincia Trinacriæ damus in Regentem R.P. Fratrem Antoninum de Veria, quem in praesenti Capitulo ad Magisterium promouemus. In Bacchalaureum ordinarium, P. Fr. Thomam Paschali, in Magistrum Studentium pro primo anno P. Fr. Matthæum Duranti ; pro secundo P. F. Petrum Martyrem de Catania ; pro tertio P. Fr. Franciscum de Aydore Lectores.

*In Prouincia
Trinacriæ.*

7 In Prouincia Sancti Thomæ damus in Regentem R. P. Fr. Stephanum de Vico Magistrum, in Bacchalaureum ordinarium P. Fr. Ioannem Donatum de Castellaneto, & in Magistrum Studij, & Bacchalaureum extraordinarium P. Fr. Iulium Nicastrum de Manfredonia.

*In Prouincia
S. Thomæ.*

8 In Prouincia Calabriæ damus in Regentem Studij Consentini R.P. Fr. Angelum de Gemiliano Magistrum. In Bacchalaureum P. Fr. Philippum de Gemiliano. In Magistrum Studentium pro hoc anno P. Fr. Hieronymum de Tropea, pro secundo P. Fr. Ioannem Baptistam de Altomonte, pro tertio P. Fr. Antonium de Speciano Magno.

*In Prouincia
Calabria.*

9 In Prouincia Occitana promouemus ad Lectore sententiatarum P. F. Vincentium Lecler Conuentus Auinioneñ, & P. Fr. Marcum Circulum Conuentus Altinlaris.

*In Prouincia
Occitana.*

10 In Prouincia S. Catharinæ de Senis damus in Regentem R. P. Fr. Thomam de Castellis de Tocco, in Bacchalaureum P. Fr. Ioannem Baptistam de Antonellis ab Aquila. De Magistro Studentium prouidebit R. A. P. Prouincialis eiusdem Prouinciæ.

*In Prouincia
Apertina.*

11 In Congregatione Gallicana promouemus ad lecturam Sententiatarum in Vniuersitate Nanetensi P. Fr. Franciscum Lauriol.

*In Congrega-
tione Galli-
cana.*

INSTITUTIONES.

- In Prouincia Tolosana.* 1 In Prouincia Tolosana instituimus Prædicatores Generales P.F.Bertrandum Labat, & P.F. Ioannem Duggerium. In Patres à Consilijs P.F.Ioannem Dalbie, P.F.Bertrandum Gurranna, & Fr.Ioannem Duynian.
- In Prouincia Romana.* 2 In Prouincia Rōmana instituimus Prædicatores Generales RR.PP.Fr.Cosmam Valduynum, Fr. Desiderium Gonfaluum, & Fr.Hieronymum Beger, saluis suā Prouinciae iuribus, & consuetudinibus.
- In Prouincia Aragonie.* 3 In Prouincia Aragoniae instituimus, & erigimus in Prioratum Domum Sancti Magini, cui damus in Priorem P. Fr. Dominicum Lledo. Item instituimus & erigimus in Prioratum Domum S. Hieronymi de Busaqui, cui damus in Priorem Fr.Andream de Pantoxa. Pro Conuentu Sancti Dominici Maioricarum instituimus in Prædicatorem Generalem P. Fratrem Franciscum Febrer. Et pro Conuentu Oscae, Fr. Gasparem Ludouicum Serra. Pro Conuento de Ayerbe, Fratrem Dominicum Montañes. Pro Conuento Montis Albani, Fratrem Ioannem Garralda. Pro Conuento de Caspe Fr. Petrum Gil. Pro Conuento de Monzon, F. Ioannem Portillo. Pro Conuento Sancti Illefonsi Cæsaraugusta, Fr. Salvatorem Baños. Pro Conuento de Xatiua, Fr. Franciscum Compost. Pro Conuento Sancti Magini, Fr.Alexandrum de Vilanova. Et pro Conuento Sancti Hieronymi de Busaqui, Fr.Michaelem Palerm.
- In Prouincia Prouincie.* 4 In Prouincia Prouinciae instituimus Prædicatores Generales RR.PP.Fr.Ludouicum Cabrerium de Nizia, & F.Guillelmum Hycart de Aquis.
- In Prouincia inferiori Germania.* 5 In Prouincia inferioris Germaniae instituimus in Prædicatorem Generalem, P.F.Ottonem Caulier.
- In Prouincia Calabria.* 6 In Prouincia Calabriæ instituimus in Lectorem, P.F.Vincentium de Catanzaro.
- In Prouincia Aprutina.* 7 In Prouincia Aprutina instituimus in Prædicatores Generales P.F.Petrum Martyrem Bonetti de Villamagna, & F. Vincen-

Vincentium Mezzara de Sulmona.

8 In Prouincia Mexicana instituimus in Prædicatores Generales RR. PP. Fr. Ferdinandum de Cubas huius Capituli Definitem, pro Conuentu B. Mariæ Pietatis de Atlexuca. Fr. Petrum de Buyca, pro Conuentu S. Dominici de Yzucan. Fr. Dominicum de Contreras, pro Conuentu S. Ioannis Baptista de Cuyoacan. Fr. Petrum del Monte, pro Conuento Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli de Tepozcoluca, & Fr. Gabrielem Cupin, pro Conuento S. Mariæ de Rosario Guadalaxaræ.

R E S T I T U T I O N E S.

1 In Prouincia Tolosana restituimus ad gratias Ordinis *In Prouincia Tolosana.*
Fr. Augerium de Guillem, Fr. Antonium Desmunt, &
Fr. Joannem Xetener.

2 In Prouincia Lombardiae restituimus ad omnes gratias *In Prouincia Lombardiae.*
Ordinis P. F. Hippolytum de Quinciano eiusdem Prouinciae.

3 Prouinciae Poloniæ restituimus Conuentus in Silesia, vi-
delicet, Vrastislauien. Glogouien. Surdnicen. absoluentes
ab Officio Prioratus Vrastislauien. & Vicariatus dictorum
Conuentuum Fr. Marcum Freihinger de Carniola.

4 In Prouincia Trinacriæ restituimus in Prioratus loca.
Sancti Spiritus Ciuitatis Politij, Sancti Sebastiani Mirri, Sanctæ Mariae de Scala Terræ Veriae.

5 In Prouincia S. Petri Martyris restituimus ad omnes gra-
tias Ordinis P. Fr. Archangelum Carcanum de Mediolano *In Prouincia S. Petri Martyni.*

Lectorem eiusdem Prouinciae.

S V F F R A G I A P R O . V I V I S.

Pro Sanctissimo Domino nostro Paulo Quinto, quilibet
Sacerdos vnam Missam.
Pro felici statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quilibet Sacer-
dos vnam Missam.

Pro Au-

- Pro Augustissimo Imperatore, quilibet Sacerdos vnam Missam.
- Pro potentissimis Hispaniarum Rege, & Regina Catholica, quilibet Sacerdos tres Missas.
- Pro Christianissimo Francorum Rege, quilibet Sacerdos vnam Missam.
- Pro Serenissimo Hispaniarum Principe, & Infanta, quilibet Sacerdos vnam Missam.
- Pro Illustrissimo Cardinali Asculano, ex Ordine nostro assumpto, quilibet Sacerdos vnam Missam.
- Pro Collegio Illustrissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, quilibet Sacerdos vnam Missam.
- Pro Serenissimis Isabella de Austria, Archiduce de Austria, Duce Sabaudie, & eius Filijs, & Filiabus, quilibet Sacerdos vnam Missam.
- Pro Excellentissimo Duce de Lerma de Ordine nostro optimè merito, & munificentissimo benefactore huius Conventus sancti Pauli, & totius Provinciae Hispaniae Patrono, quilibet Sacerdos vnam Missam.
- Pro Illustrissimis DD. DD. Episcopis Legionensi & Asturicensi, ex Ordine nostro assumptis, & Cordubensi, & Conchensi, quilibet Sacerdos vnam Missam.
- Pro omnibus Principibus Christianis maximè pro his, qui pugnant contra hostes Fidei. Et pro bono statu totius Reipublicæ Christianæ, quilibet Sacerdos vnam Missam.
- Pro Illustrissima Ciuitate Vallisoletana, quilibet Sacerdos vnam Missam.
- Pro omnibus benefactoribus nostris, & maximè pro his, qui huic Capitulo eleemosynam contulerunt, quilibet Sacerdos vnam Missam.
- Pro statu & reformatione totius nostri Ordinis, & pro eius Capite Reuerendissimo Patre nostro Generali, & in eius societate laborantibus, quilibet Sacerdos vnam Missam.
- Pro Magnatibus & amplissimis huius Curiæ Proceribus, quilibet Sacerdos vnam Missam.

accordibus vna Missa, Clericis alijs Litaniæ, Conuersis vero & Laicis decies Pater noster, & Ave Maria semper imponitur.

SVFFRAGIA PRO DEFUNCTIS.

Pro anima bonæ memoriarum Clementis Octauii, quilibet Sacerdos vnam Missam.

Pro anima felicis recordationis Leonis Undecimi, quilibet Sacerdos vnam Missam.

Pro animabus Illustriſimorum & Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium Vrsini, & Iustiniani, ex Ordine nostro assumptorum, qui perpetuam eleemosynam nostro Generali Capitulo in suis testamentis reliquerunt, quilibet Sacerdos vnam Missam.

Pro anima Excellentissimæ Ducissæ de Lerma huius Conuentus Sancti Pauli Patronæ, quilibet Sacerdos vnam Missam.

Pro anima bonæ memoriarum Alfonsi Villalpandi, qui amplissimam eleemosynam sex millium aureorum anni redditus pro fundatione Conuentus S. Ildefonsi in Ciuitate Caſaraugustana donauit, quilibet Sacerdos vnam Missam.

Pro animabus Fratrum, & Sororum Ordinis nostri, quilibet Sacerdos vnam Missam.

Pro animabus omnium benefactorum Ordinis nostri, quilibet Sacerdos vnam Missam.

Vbi Sacerdotibus vna Missa, alijs Clericis Officium Defunctorum, Conuersis autem ac Laicis Rosarium imponitur.

DAMVS Reuerendiss. P.N. Generali omnem nostram auctoritatem circa præmissa omnia, ut ea declarare possit, quæ declaratione indigent, & eisdem addere, vel minuere omnia denique, & singula facere, quæ nos agere possemus; præcipue vero circa promotionem quorumcumque ad quos-

cumque gradus, secundum quod
visum fuerit.

Concedit Reuerendissimus Magister Ordinis omnibus & singulis Fratribus suæ curæ subditis, quod pro vna vice tantum eligere possint aliquem Patrem Sacerdotem, ad confessionum audientiam in nostro Ordine expositum, qui potestatem habeat ipsos absoluendi ab omnibus casibus, & censuris in quas ante harum publicationem incurrisse, à quibus ipsem Reuerendissimus absoluere posset. Idem absolutonis beneficium Monialibus conferre poterunt earumdem ordinarij Confessores.

Concedit idem Reuerendissimus Magister Ordinis omnibus R.R. admodum PP. Provincialibus & Definitoribus huius Capituli Generalis, ut possit vniusquisque eorum aliquem de sua dumtaxat Prouincia ad poenas grauioris culpæ damnatum, ad gratias omnes Ordinis restituere, sicutamen sua humilitate, & bono exemplo huiusmodi fauore dignum se præstiterit.

Capitulum sequens, quod erit Definitorium primum, ad instantiam Christianissimi Francorum Regis assignamus in Conuentu nostro Sancti Iacobi Lutetiae Parisiorum hinc ad tres annos, videlicet anno millesimo sexcentesimo octauo, in Festo sanctissimæ Pentecostes.

Præcipimus denique in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, sub formali præcepto, omnibus & singulis Provincialum, & Viciarum Præsidentibus, vt huius Capituli Acta in omnibus Conuentibus suæ curæ creditis, quamprimum legere, & publicare faciant, omnemque operam adhibeant, vt iniurialiter exequutioni mandentur, & saltem quater in anno in cuiuslibet Conuentus Refectorio omnia, nullo prætermisso, legantur; mandantes insuper sub poena absolutionis ab Officio omnibus Prælatis nostri Ordinis, ut tria in quolibet Conuento habeantur Acta, alia in communii deposito cum alijs consuantur, altera habeant Priors &

Fratres
ig. ad ea iunt, prætende-
re possint.

Volentes ut exemplaribus impressis, & sigillo Reuerendissimi Magistri Ordinis munitis eadem vbiique fides adhibeat-
ur, quæ ipsiusmet originalibus esset adhibenda. In nomine
Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

*Fr. Hieronymus Xauierre Generalis
qui supra manu propria.*

Fr. Ludgystella.

*Magister Fr. Godefridus
ord. Praed.*



R. 109382

